dicit Boetius de consolatione phie. Nullus degener extat nisi in vitijs peiora fouens pro=
prium deserat ortum. Et ideo exclamat. Quid strepitis genus et proauos. Uera enim nobi
litas a virtute proficiscit̄:sicut seruitus a vicio ⁊ indiscretione. Ut dicitur primo politice(ista
sunt incidētaliter dicta de nobilitate)ille cycrops rimatur.i.ꝑquirit viscera.i.intestina(decli
natur in singulari tm̄ in ablatiuo)dicendo viscera bouis ferro.i.cum ferro.su p.ipse statuit
id est ordinauit sacra iouis.i.sacrificia illi deo que sacra posteritas.i.sequela hoim celebra=
uit/condidit.i.construxit athenas ciuitatem grecie(caret singulari numero hic habet pri=
mam longam(pallas illa dea adiuuit ipsum nomine.i.imponendo nomen ciuitati.⁊c.

Immolat ante deum cayn de semine frugum
Frater abel iustus dedit acceptabile munus
Sponte ferens agnum/talis decet hostia christum
Ense cadit fratris/loquitur post funera sanguis.

¶ Hic alithia subiungit historiā de filijs ade. Et dicit q cayn sacrificabat fruges ad honorē dei. et frater eius abel (qui erat iustus et rect⁹) sacrificabat agnū (cui⁹ sacrificiū fuit deo gratū) et ideo frater suus p inuidiā eū interfecit. vnde sanguis eius clamauit ad dñm pro vindicta. Ista historia ponitur Gen. iiij. Ubi dr q Adā cognouit Euā carnaliter. et genuit primo cayn et secundo abel. Contigit autem q cayn (qui erat agricola) sacrificabat et deo munera offerebat. et abel similiter de primogenitis gregis sui obtulit, (quia pastor) et deus respexit et acceptauit munera abel et nō alterius. vnde iratus cayn egressus est in agrum cum fratre. consurrexit cum et occidit eum. Et dixit dñs. Ubi est abel frater tuus. Qui respōdit. Nescio. nūquid custos fratris mei sum. Et dixit dñs. Quid fecisti. vox sanguinis eius clamat de terra Nunc ergo maledictus es super terrā. cū operatus fueris terrā non dabit fructus suos. vagus et profugus eris super eā. Et egressus a facie dñi inhabitauit orientalē plagā. et cognouit vxorem suā et genuit enoch. et construxit ciuitatē dictā enoycha. ¶ Per cayn possūt intelligi iudei. qui male deo sacrificabant. per abel intelligimus christum. quem iudei crucifixerūt et cōparatur agno sine macula. et talis hostia fuit deo patri accepta. ¶ Aduertendum est hic q alithia videtur reprehēdere pseustum q dixerat q cyerops primus sacrificabat. et ipsa dicit q cayn et abel: vt ptz ex predictis. hic esset locus inuehendi cōtra gen⁹ humanū et contra peccatū prothoplasti. vnde inuidia in filios/superbia/ferocitas: et oīs malicia deriuate sunt. ¶ Cōstrue. Cayn. fili⁹ ade. imolat .i. sacrificat ante deū de semine frugum (declinatur hec frux scdm artē. scdm vsū caret tribus casibus in singulari. sicut preces. et dr a fouendo) Abel frater iustus suus dedit munus acceptabile .i. gratū et acceptū deo. ipse inquā abel ferēs .i. portans ad sacrificiū. agnū sponte. talis hostia dt. tale sacrificiū decet xpm. Abel cadit .i. moritur. ense fratris sui. scz cayn. Aliqui dicūt q eū occidit cū maxilla equi. Alij dicunt q eū suffocauit. sanguis loquitur .i. clamat ad dñm post funera .i. post mortem ipsius.

Lychaon archas celestes prouocat iras:
Quando suas edes inuasit iupiter hostes:
Fallere tentando nomen iouis exuit/ergo
Corpus et os hominis seuit lupus asper in aruis:

¶ In hac parte pseustis incipit scdm beneplacitū suū. Et dicit q quidā hō de archadia dictus. Lychaon. iouē ad irā cōtra se prouocauit. q2 voluit tētare virū iupiter (qui suus hospes tunc erat) esset verus deus. et ideo corpore hois disposito in lupum asperū cōmutatus est. ¶ Ista fabula ponitur in primo methamorphoseos. vbi narrat Ouidius in textu qui incipit. Contigerat vestras infamia temporis aures ec. q dū Jupiter specie humana assūpta de sūmo celo descendisset: vt mores hoim conspiceret et terrā. tandē multis regionibus transactis: in archadiā descendit. et in domo Lychaonis regis hospitatus est. et dedit signa p q̄ ois gens scire poterat q ipse esset deus. Lychaon tñ non credidit. sed illud experientia discere voluit. et parauit eū de nocte occidere: et in mensa sua sibi proposuit artus humanos cuiusdā viri quē occiderat. et pars erat decocta igni. pars vero aqua. Quia dum iupiter perciperet mutauit eū in lupū. vnde territus ille fugit. nactusqz silentia ruris exulat ec. ¶ historia. Lychaon iste hospites interficiebat et regē iouē voluit etiā de nocte interficere. et ātea peruenerūt: sed ipse euasit. vnde postea cū exercitu potēti deuastauit patriā istius. et factus est vespilio i syluis et in agris. Aliter per Lychaonē possumus intelligere populū iudeorū q occidit deū qui assumpserat humanā carnē p incarnatiōis gloriā. Unde ipsi effecti sunt fugitiui et profugi et vagabundi p totū mundū. Uel lychaon fuit herodes q multos pueros interfecit. et non potuit occidere deum incarnatū. ¶ Construe. Lychaon .i. ille rex (i primo methamorphoseos. prima in lychaon corripitur. qn dicitur. motus feritate lychaon) Archas .i. existens de archadia (et est nomē gētile) prouocat .i. irruat. iras celestes. qn iupiter hospes suus (iuxta illud. hospes qui recipit ec.) inuasit suas edes .i. suas domos inuasit. hoc est iuit in suas edes. prouocat inquā tentando fallere nomen iouis. ergo iste lychaon exuit .i. deposuit corpus et os .i. faciem (ibi ponitur pars pro toto per synecdochen) hominis. lupus asper existens seuit .i. furit in aruis .i. in campis.

Enoch iusticie polluto cultor in orbe
Raptus de terra nulli comparauit vltra

cum commento.

Judicis aduentum fidens athleta secundum
Leuitan contra socio precedet helya.

¶ hic alithia ponit historiã suam. et sicut pseustis loquit᷑ de hoīe pessimo. ita alithia loquit᷑
de optimo cultore equitatis. et sic dicit contrarium dicto pseustis. Dicit ergo textualiter ꝙ
enoch homo colens iusticiã (licet conseruaret᷑ cũ hominibus pollutis viciјs) rapt⁹ est a terra
miraculose. nec vnꝗ postea alicui apparuit. sed occurret antichristo. et contra demonẽ cer
tabit cum helya socio suo. De enoch tangit᷑ Geñ. v. quia vt dictũ est prius. et in eodẽ capitu
lo ponit᷑ liber gñatiōis adam. Et dr̃ ibi ꝙ Jared vixit centũ sexaginta et duobus annis. et
genuit enoch et enoch vixit sexagintaquinqȝ annis. et genuit matusalem. et postea vixit tri=
centis annis. et facti sunt oẽs eius tricenti et sexagintaquinqȝ anni. et ambulauit cũ deo et
non apparuit quia tulit eũ deus. Et sic patet ꝙ enoch fuit vir sanctissimus ante tẽpus legis
helyas sub tempore legis in curru igneo raptus est a deo. Isti expectant aduentũ antixp̄i.
quia contra eũ dimicabũt. ⁊ eũ deuincent predicatione. ¶ Exponendo allegorice. isti qui re
surrecturi sũt designãt xp̄i resurrectionẽ. vel xp̄ianos qui debẽt resistere antichristo. hoc est
hereticis scismaticis quos seducit leuiathan. hoc est dyabolus et instruit peruersis doctri=
nis. ¶ Aduertendũ est ꝙ hic seruatur lex carminis amabei. qȝ hic dr̃ contrariũ illi quod di
ctũ est prius per alithiã. Est tñ similitudo et conuenientia quedã. quia sicut cõtra naturam
fuit hoīem fieri lupũ: ita contra naturã est hominẽ in celũ rapi. Item sicut enoch non am=
plius visus est. ita nec lychaon inter hoīes amplius cõuersatus est. ¶ Construe. Enoch iste
vir cultor (a colendo dicit᷑) iusticie. in orbe. i. in mundo orbiculari et rotundo. quia terra est
rotũda. polluto. i. maculato criminibus. raptus de terra. nulli pro non et vlli. cõparuit vltra
i. postea. Iste dico athleta. i. pugil. fidens scȝ in deo. et securus. precedet scđm aduentum iu
dicis. i. dei. Unde duplex est aduentus. Primus quãdo deus assũpsit carnem nostrã. Secũ
dus in die iudiciј. vbi tremebũt angeli et archangeli. contra leuiathan. i. cõtra antichristũ.

Uenit ab occeano submergens cuncta vorago
Tellus cessit atqȝ periit quod vixerat omne
Deucalion homines preter quem nemo superstes
Cum pyrra iactis renouauit coniuge saxis.

¶ hic pseustis narrat aliam fabulam dicẽs. ꝙ a magno mari processit quoddam diluuiũ: ex
quo oīa viuẽtia perierũt. et terra fuit totaliter aquis cooperta. et mortui sunt oẽs homines
preter deucalion et pyrram coniugem suam. per iactum lapidum nouum seculum repara=
uerunt. hec fabula ponitur in primo de transformatis ab ouidio. qui dicit ꝙ sũmus deus
iupiter in presentia consiliј celicolaꝝ dixit. Perdendũ est mortale genus: quia ipsũ tantis
vitiјs erat deturpatum ꝙ vltio scđm rigorem diuine iusticie sumenda erat. Et finaliter cõ
clusit ꝙ pena placet genus mortale sub vndis perdere. hoc est diluuio aquarũ puniendus
erat mundus. qđ factũ est. et dũ oẽs orbes/arua/silue: et alia quecũqȝ sub aqua laterent. so
lus deucalion cũ pyrra coniuge in pernaso monte altissimo cõsecratus est. Et ceperunt isti
orare nymphas et alia numina et themin deam fatidicam quidnã agere deberent pro restau
ratione generis humani. Et istius dee oraculũ vel responsũ fuit. Ossaqȝ post tergũ magne
iactate parẽtis: hoc est. Uos o deucalion et pyrra accipite ossa magne parentis: et ea post
tergum proiјcite. Et quia illud responsum erat obscurum diu dubitauerunt quid hoc esset.
Tandem dixit deucalion ꝙ magna parens erat terra. et lapides sunt ossa terre. et tunc pro=
iecit ipse lapides post tergum. ex quibus nati sunt viri. et ex lapidibus iactis per pyram na
te sunt mulieres. et tunc cessauit diluuium. et taliter seculum reparatum fuit. istud diluuiũ
fuit particulare in thessalia et nõ vniuersale. sicut illud de quo loquit᷑ in textu sequẽti ¶ Na
turaliter per deucalionem possumus intelligere calorẽ. et per pyrram humorem. ex quibus
omnia generantur secundũ naturales philosophos. ita dicunt glose cõmunes. ¶ Aliter po
test exponi et applicari fabula. ꝙ illi qui de lapidibus fiunt. hoīes sunt illi qui de rusticis et
media plebe fiunt magnates et quasi nobiles. contra documentum Arist. ad Alexandrum
macedonem. quia tales seuiores et truculentiores aspide. quia crudescunt inopes dum ve
niunt ad opes. Nam fiunt nerones miseri facti locupletes. et istos deucalion. i. deus proiecit
post tergum: qȝ de salute istoꝝ timendum est cũ sempr naturã primã ⁊ liberalitatẽ retineãt.

Uel diluuiū signat abundantiā viciorū: quā si quis vult euadere: debet pernasum. i. montē con=
templationis ascendere/ considerando se ⁊ fragilitatē suā/ et tunc debet ire ad templū the=
mis. i. ecclesiam ad audiendū sermonē dei et precepta ecclesie que summatim comprehen=
duntur in dilectione dei et proximi. et debet lapides. hoc est rationales motus et regulatos
ratione. ¶ Construe. Uorago. i. diluuium) a voro/ as) submergens cuncta. venit ab oceano.
id est magno mari(⁊ dr̄ ab o ceen qđ est velox/ ⁊ amnis qđ est aqua) tellus. i. terra cessit. i. lo=
cum dedit aque. omne ens quod vixerat. i. vitam habuerat preter deucalion. i. ille vir preter
quem. i. quo excepto/ nemo. i. nullus homo fuit superstes. i. superuenientes/ renouauit. i. restau
rauit/ cum pyrra coniuge. i. vxore sua. homines(hic tenentur in genere communi (et hoc di
co/ saxis. i. lapidibus iactis per eos. Et dicitur de iaceor/ eris: iactussum vel fui.

Ultio digna dei fontes dirupit abyssi
Octauum noe seruans in partibus arce
Amnodo ne talem patiantur secula cladem
Uisibus humanis per nubila panditur iris.

¶ Hic alithia respondendo ponit hystoriā suam/ ⁊ diuiditur in duas partes. Primo describitur
diluuium. Secūda constructionis babilonie. Secūda ibi. Posteritas ade. Item ponitur dilu
uium. secūdo sedatio eius. scđa ibi. Coruū perfidie. Dicit ergo primo sic. q̄ deus vltionē volēs
accipere de pctis hoim/ aperuit oia flumia ⁊ fontes ⁊ causauit diluuiū. vn̄ submersi sunt oēs
preter noe q̄ cōstruxit archā/ vbi octo persone tantūmodo liberate sunt. Et ne de cetero mū
dus talem penam sustineat arcus celestis nobis per nubes ostenditur. ¶ Sciendum q̄ ista
historia est dependēs a precedētibus: vt ptz intuenti. ⁊ extrahitur a libro genesis. Un̄ ge. vi.
tractatur de causa diluuij ⁊ factione arce. et in. vij. de ingressu in archam/ ⁊ de diluuio. Un̄ le
gitur ibi. q̄ postq̄ genus humanū multiplicatū fuit vidēs deus q̄ multa malitia hoim esset
in terra/ ⁊ cūcta cogitatio cordis esset intēta ad malū oi tpe penituit eū q̄ hoiem fecisset. Et di
xit dn̄s ad noe. Fac tibi archam de lignis leuigatis: ⁊ ingrediaris archam tu ⁊ filij tui/ vxor
tua/ ⁊ vxores filiorū tuorū/ quo facto/ factū est diluuiū. ⁊ tota terra fuit cooperta aquis. Et
deleuit deus omnia viuentia preter illa que secū posuerat noe. Et aque diluuij steterunt su
per terram centū quinquaginta diebus/ et sedato diluuio(vt dr̄ in. ix. ca. sequēti) posuit dn̄s
arcū in nubibus/ quod fuit signum federis inter deū ⁊ terram: vt nunq̄ interficiatur omnis
caro ab aquis. Ex hac hystoria ostenditur rigor diuine iusticie in punitione scelerū per dilu=
uium facta. Secundo premiatio vel remuneratio bene acte vite in saluatione noe et suorū.
Tertio promissio liberalitatis diuine quando posuit arcum. Et hec tria pulchre latiori ser=
mone declaranda essent: nisi breuitatem elegissem. ¶ Allegorice exponendo: per noe intelli
gitur filius dei/ per archam ecclesia: q2 deus q̄ humanum genus redimere voluit/ misit noe
i. filiū suū in terrā et iussit vt fabricaret arcā. i. ecclesiā. suo sanguine. et cōsecraret de lignis
planis. hoc est hoibus probis sine viciorū asperitate. ⁊ ligata fuerūt adinuicē ligna bitumi=
ne tenacissimo. i. vinculo charitatis ⁊ dilectiōis. ⁊ facta est archa ꝯtra diluuiū pctōrū nr̄orū.
vt saluemur. ⁊ a morte eterna liberaremur: Iris autē significat sacrā scripturā. q2 ex radijs
solis. i. xpi solis iusticie efficitur. et colorē accepit multiplicē. i. fructū et sensū multimodum(q2
vt dicūt doctores) nulla est veritas quin ea in sacro canone biblie p spiritūsanctū posita fue
rit. Circa ista notentur ista metra. Tēporibus tres esse tribus cognouimus arcas. Pria noe.
moysi fuit altera. tertia xpi. Lignea prima. scđa metallica. tertia vētris. Octo prior. tria po
sterior. tulit altera solū. ¶ Construe. Ultio. i. vindicta(dr̄ ab vlciscor) digna dei dirupit. i. rū=
pendo aperuit fontes abyssi. Abyssus scđm Catholicō dr̄ profunditas aquarū ipenetrabilis
vel spelunca aquarū latitantiū. Et dr̄ quasi sine bysso. i. sine cādore vel quasi a dispersio. q2
ad ipsū tanq̄ ad matrē oēs aque reuertuntur(iste dico seruans noe octauū in partibus arce)
Arca scđm britonē dr̄ ab arceo arces. q2 arcet visū et manū. ⁊ inde arcarius/ q̄ custodit vel
facit arcas. Iris. i. arcus celestis. de iride et ei9 proprietatibus. ⁊ de modo p quē causatur vides
tur i tertio metheororū. vbi materia ista ad longū tractatur ⁊ poetice p virgiliū in. iiij. Eneid.
panditur. i. monstratur humanis visibus. p nubila. i. per nubes. ne secula nostra patiantur am=
modo. i. decetero. talem cladem. i. pestillentiam. Conuenientie fabule et histoie sunt euide
tes. et alithia videtur hic corrigere assertionem pseustis in textu precedenti.

Ideos lepores puer exagitat ganimedes

Quem iouis arreptum deuexit in ethera sursum
Armiger ablato diuum concesserat ordo:
Nomen pincerne quod possedit prius hebe:

¶ Hic pseustis ꝓponit aliā fabulā cōtinuando disputationē inceptā. Et dicit ꝙ dū quodā die quidā puer vocatus ganimedes fugaret lepores in yda silua troiana. aquila auis iouis assūpsit eū et sursū ad iouē detulit. vbi loco hebes pincerna iouis effectus est. Ista fabula recitatur ab ouidio. iiij. metamorphoseos. vbi dr̄. Rex superū quōdā fugij ganimedis amore arsit. elegātissime et cōpendiose a Uirgilio in. v. eneid. vbi dicit̄ in textu. Intextusqꝫ puer frondosa regnis yda. Et sequit̄. Quē prebes ab yda sublimē pedib⁹ rapuit iouis armiger vncis. ꝛc. Unde ganimedes puer fortissimus filius lamedontis regis troiani nimiū a ioue fuit dilectus. et ab aq̄la scđm mandatū iouis fuit raptus ꝛ stellificatus. et est factus pincerna iouis. Et ipse aquarius dicitur. qꝛ aquā fingit̄ fundere sup̱ manus deorū. ¶ Rei veritas fuit ꝙ ganimedes filius troy rege troie fuit a ioue rege et filio saturni. patrē persequēte cōtra naturā dilect⁹. ¶ Naturaliter vel phisice exponit̄. vt semꝑ p̱ iouē intelligam⁹ aerem superiorē. et aquila dr̄ armiger iouis tū̄ ꝓpter caliditatē nature sue. tū propter altitudinē volatus sui. et ganimedes vt tactū fuit sit aquarius. Et iste dr̄ reprimere et temperare sua humiditate calorē supiorꝰ etheris. ¶ Preter ista dr̄ aliter. ꝙ aquila significat plenitudinē sapientie. ganimedes significat euāgelistā iohannē et gratiosū. qꝛ aq̄lina sublimitas claritas vel contēplatio: ipsū in celū rapuit. inq̄ꝫtū locutus est ꝓfunde de celestibus. Et efficitur pincerna deorū. i. prelatorū et aliorū qui ab eo hauriunt aquam sapientie. ¶ Postremo iupiter pōt significare filiū dei. ganimedes humanā naturam. quā ipse hic nobiscū assumpsit: et in celos portauit. ¶ Cōstruc. Puer (ꝓprietates puerorū tangunt̄ hic et in istis versibus. Sūt pueri puri parui modico saciati. Ludūt cōformāt. cito dant. cito pacificant̄. hic notant̄ septē ꝓprietates puerorū cōtra septē vitia capitalia) ganimedes exagitat. i. fugat agitat. lepores ydeos. i. troianos (ab yda silua) quē arreptū. violēter raptum armiger iouis. s. aquila deuexit sursū in ethera (Actus grec⁹ est) ordo diuū. i. deorū. cōcesserat. illi ablato. p̱ aq̄lā. nomē pincerne (dr̄ quasi penu cernēs. ethimologia est) quod hebe. illa puella. possedit prius.

Coruum perfidie damnans animalia queqꝫ:
Nuncius inclusis quia noluit esse salutis.
Ore columba suo / ramum viridentibus vltro
Detulerat foliis / superest armenia testis.

¶ Hic respōdet alithia et ponit historiā continentē sedationē diluuij et cessationē. Et dicit ꝙ oīa aīalia condēpnant coruū vt pfidū qꝛ illis q̄ in arca inclusi erāt salutē nūciare non voluit. sed colūba detulit ramū viridē. Et illud factū fuit in armenia. vbi super isto testimoniū queri pōt. hec historia cōtinuat q̄ incepta erāt prius ibi. Ulcio. ꝛc. et habet̄ originali Gen. viij. vbi agit̄ de desolatiōe diluuij et missione corui et colūbe. ꝛ egressu noe de arca. Et dicit̄ ibi ꝙ recordat⁹ est dn̄s noe. et clausi sūt fōtes abyssi. et requieuit arca mēse septimo. xxvij. die mēsis sup̱ mōtes armenie. et aperiēs noe fenestrā arce emisit coruū q̄ nō reuersus est. deinde misit colūbā vt videret si cessassēt aque sup̱ faciē terre. ꝛ nō inuenisset vbi requiescerēt pes ei⁹ reuersa est. et expectās noe p̱ septē dies iterū eā emisit ꝛ illa rediit ī vespe portās ramū oliue virētib⁹ folijs. et sic itellexit noe quod cessassēt aque. Et iussit deus ꝙ ipse et oīa aīalia egrederent̄ de arca. et dixit. Crescite et multip̄. Et fecit noe altare dn̄o. et ibi sacrificauit. ¶ Arca est ecclesia. coru⁹ significat carnales et tēporales qui tantū terrenis adherent. Colūba vero significat simplices et iustos qui sunt veri filij ecclesie. Corui sūt illi q̄ adherent tātum diuitijs ecclesie terrenis nichil sapientes que sunt iesu christi. nec sentientes nisi secundū hominē exteriorē. et isti sūt fraudulenti ad modū corui et rauci. quia nichil sanctū proferūt. et tales non sūt veri filij ecclesie: sed quasi spurij et illegitimi. et merito ab omnibus xp̄ifidelibus condēnandi. quia sunt nigri sicut coruus. i. denigrati vicijs et ambitione. ꝛ arcā ecclesie deserunt et xp̄m. adherentes quasi imobiliter et pnicio se vni creature. sed veri filij dei designant̄ p̱ columbā. q̄ pure simpliciter et sine exquisitione fraudū ꝓcedunt et viuūt. nec adhesent cadaueri. sed reuertunt̄ ad arcā. hoc est ad xp̄m. et defecerunt ramos oliue. hoc est bo

nos fructꝰ et dulces tā ī doctrina ꝗ̄ ī bonis eoꝵ opibus. ¶ Cōstrue. Cuncta alalia dānant
coruū ꝑfidie.i.de ꝑfidia (greca cōstructio. qꝛ greci carēt ablatiuo: loco cuius ponebāt gtīū)
qꝛ ipse noluit eē nūcius salutis īclusis ī arca. Colūba detulerat vltro suo ore ramū folijs vi=
rentibus. Armenia. illa patria vel ille locus supest.i. remanet testis predictoꝝ. Hec historia
conuenit cū fabula premissa. qꝛ sicut aquila fuit nūcius iouis: ita colūba inclusorum in arca

Surrexere viri terra genitrice creati
Pellere celicolas fuit omnibus vna voluntas
Mons cumulat montem sed totum mulciber hostem
Fulmine eiectum vulcani trusit in antrum.

¶ hic pseustis arguēdo cōtra alithiā aliā ponit poeticā narrationē: dicens. Quidā viri de
terra geniti voluerūt vnanimiter insurgere in deos. ⁊ vt facerēt montē supra montē posue
runt. sed iupiter rex celicolarū oēs illos cū fulmine vulcani deiecit et prostrauit. Hec narra
tio tangit in primo metamorphoseos. vbi de gygantibus q̄ affectarūt celeste regnū loquit.
De ista gygomachia dicit tullius in libro de senectute. Quid eni aliud est gygantiū modo
pugnare cū dijs: ꝗ̄ nature repugnare. Uel ꝑ gygantes corpus itelligimꝰ et sensualitatē. et
ꝑ deū aīam vel rationē. qꝛ dicit Phus. Aliud est nobis.s. appetitiuus sensitiuus (q̄ sēꝑ aduer
satur rationi) et ipa rō historica fuit q̄ isti fuerūt q̄dā potētes hoīes q̄ pugnauerūt cōtra io=
uem regē. Jubiter ascēdit ꝑ rupta montiū et alij manserūt in vallibus et vt ascenderunt in
montē construxerūt magnas machinas. et dicti sunt habere pedes serpentinos. quia vide
bant repere ad montē. et iupiter eos oēs obruit cū labidibꝰ deorsū missis. ¶ Istud pōt alit
exponi et applicari. vt gygantes sint auari et ambitiosi et superbi q̄ ad apices prelationis ⁊
dn̄ationis ascēdere volūt. iuxta illud. Jsaie. xiiij. Ascendā in celū sup astra celi. ⁊ exaltabo so
liū meū. similisq̄ ero altissimo. Et vt tales ad altitudinē taliū statuū ꝑuenire possint aggregāt
agros ad agros. pecuniā ad pecuniā ⁊c. Contra quos dr̄ Jsaye. v. Ue q̄ coniungitis domum
ad domū. et agrū agro copulatis. Et voluit deos.i. iustos et ꝓbos effugare ac remouere ⁊ lo
co eorū inturonizari. sed deꝰ gloriosus sepe mittit fulmē: hoc est mortē et tribulationē. et sic
deijciuntur de gradibus suis et statu. et detrudunt in loca obscura sub terra.s. in infernum
¶ Aliter. Celū est eccl̄ia (quā tyranni et scismatici ipugnare nō cessāt) et nitunt repere ꝯtra
eos pedibus. hoc est afflictionibus serpentinis et peruersis. tn̄ deus semper eam protegit ⁊
nunꝗ̄ deserit. ¶ Construe. Uiri creati.i. ꝓducti. terra. genitrice.i. mr̄e et ideo dn̄r terrigene
surrexere.i. surrexerūt ꝑ superbiā aduersus deos. vna volūtas fuit oībus pellere.i. expellere
a celo. celicolas.i. deos celū colentes. et ergo mons (vnus mons cumulat aliū montem) sed
mulciber.i. vulcanus (faber iouis quasi mulcens ferrum cum imbre) vel mulciber. id ē iupi
ter. trusit.i. cū violētia induxit in antruꝫ.i. in foueam. sub montibus. totum hostem.i. oēs ho
stes deiectū.s. deorsū fulmīe vulcani.i. ymꝰ fabri iouis. Uulcanꝰ deus ignis et fulminum. de
pingebatur in similitudinem fabri deformis. et claudi malleum tenentis. et impulsu deorū
de celo inferius descentis. Et potest significare quemlibet tyrannum et raptorem vel exa
ctorem. Sed ista non est materia presentis particule. ideo supersedendum est.

Posteritas ade summa babylonis in arce
Turrim construxit que celum tangere possit
Excitat ira deum confusio fit labiorum
Disperguntur ibi / nomen non accidit vrbi

¶ hic alithia rn̄det ponēdo historiā correspondentē fabule precedēti et quasi fallacē asser=
tionē historie narratōis cōfutādo cōfirmādo ꝟitatē et q̄si semꝑ obseruat iste modus. Dicit
ergo sic textualiter. Posteri q̄ ab adā descenderūt: cōstruxerūt turrim quēdā babylonicam
adeo altā vt celū possēt cōtingere. ꝓpter q̄d deus ꝓuocatus ad irā. cōfudit et mutauit eoꝵ
idiomata. et sic ipsi dispsi sūt et ciuitas adhuc retinet nomē ꝯfusionis. hec historia tangitur
Geñ. xi. vbi inuit diluuio cessāte. timētes autē hoīes ne veniret aliud. ꝓposuerūt facere tur
rim altissimā. et dicit vnusq̄sq̄ ad ꝓximū suum. Uenite faciamus lateres et coquamus eos
igni et habuerunt lateres pro saxis et bitumen pro cemento. et disponebant facere turrim

cuius sūmitas ꝯtingeret celū. Hoc vidēs deus cōfudit linguas eorū: ita vt non intelligeret vnus vocē proximi sui. et sic non amplius edificauerūt illā turrim. Et vocatū est nomē eius babel. qꝛ ibi cōfusio labiorū vniuerse terre facta est. Et isti sūt dispsi sup faciē oim regionū. ¶ Exponit̄ sic. Nembrot vir erat de genere noe. et congregauit illū ppl'm ad expeditionez illius operis. et significat diabolum q̄ voluit ponere sedē suū in aquilone: et esse similis altissimo/ sed eū de⁹ cū suis cōplicibus cōfudit et dispsit ⁊ misit in tenebras exteriores. ¶ Ex isto textu ptz. q̄ deus nullū crimē dimittit impunitū. qꝛ dato q̄ homo ꝑmittat̄ aliquādo viuere voluptuose scdm carnē scdm modū. et scdm sp̄m. tamē finaliter cōfundit̄ a deo ⁊ prosternit̄ in infernū maxime si talis voluerit ꝑseuerare: et se nimis ꝑ supbiā extollere. (q̄ est radix oim viciorū et mater) De quo dicit Augustinus in quodā sermone. Uermis diuitiarū est supbia Difficile est vt non sit supbus q̄ diues est. tollo supbiā diuitie non nocebunt. Et hugo dicit Superbia est elatio viciosa q̄ inferiora despiciēs. supioribus et paribus satagit dn̄ari. Jō qdā egregius ꝟsificator dicit. Sit tibi copia si sapiētia formaqꝫ det. Sola superbia destruit oia si dn̄et. Talia metra aliquē grauē. aut moralē sententiā cōtinentia non sūt despiciēda. lꝫ nō ꝓdeāt atrito actore. ¶ Aduertendū est q̄ duo sūt ciuitates. Una est ciuitas dei (q̄ fit et construit̄ ex amore et dilectiōe dei vsqꝫ ad ꝯtēptū sui. Alia est ciuitas diaboli (q̄ fit ex amore sui vsqꝫ ad contemptū dei) et istud pulchre tractat̄ ꝑ btm̄ Augu. ꝑ totū decursū libri de ciuitate dei. ¶ Ulteri⁹ sciēd est q̄ babel īterp̄tat̄ cōfusio. et ide babylō ⁊ babylonia. Uñ vt dicit hieronymus babylon est metropolis caldeorū. et erat mirabilis magnitudinis et eius muri. et ibi dn̄atus est nabuchodonosor rex potentissimus. et fuit destructa a medis et ꝑsis et postea fuit reedificata. due ciuitates apud medos dicunt̄ facte ex ea. videlicet thelofontes et selucia. Unde medi ⁊ ꝑsi erāt suspecti babylonijs et chaldeis. sed postea exigēte eorū supbia: destructa ē a cyro et dario regib⁹. vñ sup istō Jsaie. lxvij. Uenierīt tibi subito hec duo ī die vna. sterilitas ⁊ viduitas. Dicit ergo glosa subito. i. ex improuiso veniente cyro ⁊ dario. ¶ Construe. Posteritas. i. sequela (et dr̄ a posterus) ade. construxit. i. edificauit turrim. arce. i. altitudine sūma. babylonis q̄ possit tangere celū. Celū dr̄ quasi caelū. vel casa elios. i. domus solis. vel dicit̄ a celando. Ira excitat. i. cōmouet deū. vbi ptz q̄ de⁹ dr̄ irasci. Juxta illō psal. Dñe ne in furore tuo arguas me. Et est antroposꝑatos. i. humane passionis impropria dei attributio. Et de ira dei fecit Lactātius vir eloquentissimus vnū librū. Confusio labiorum fit (labiū dr̄ a labendo) ipsi dispergūt/ nomē. nō excidit. i. nō cecidit (et dr̄ ab ex et cado) vrbi. i. illi ciuitati babylonie. ¶ Conuenientia et contrarietas patet de se.

Flumina cyclopes iouis imperio fabricantes
Peone percusso morti decreuit apollo
Mox deitate sua superum spoliatus in irā
Admeti curām pecori suscepit agendam.

¶ hic pseustis incipit argumentari narrando aliā poeticam fabulā. Et dicit sic breuiter. q̄ apollo morti adiudicauit cyclopes (qui fabricant fulmina iouis (quia iupiter fulminauerat peonē phebi filium. quē propter appollinē iupiter sua deitate priuauit et tunc seruauit gregem admeti regis. hec fabula quantum ad peonem vel ad esculapium filium phebi tangitur in scdo metamorphoseos post mediū. et quātū ad apollinē (q̄ pascebat gregē) tangit̄ ad huc circa finē. et ibi ingredit̄ fabulā. qualiter mercuri⁹ phebo rapuit vaccā ⁊c. ¶ Sed pro textu precise. alijs omissis tanqꝫ impertinentibus. ꝑ intellectu textus sciendū est q̄ iupiter fulminauit peonē (qui dictus est esculapius) quia ad preces dyane suscitauerat hypolitum mortuū. et ideo phebus interfecit cyclopes qui fulmina fabricauerāt. vnde iratus iupiter ip̄m sua deitate spoliauit. et ipse pastor admeti regis effectus fuit. Dicunt aliq̄ scdm historiam apollinē fuisse filiū iouis. qui qꝛ tacitus iouis aduersarijs fauebat a patre relegat⁹ est et in familiaritatē admeti receptus. ¶ Phisice exponendo. phebus. i. sol. est pater peonis. i. fructuū terre. qui viuificāt famelicos. iupiter. i. ignis vel ether superior fulminat et exurit fructus terre. et phebus interficit cyclopes. i. nubes et aeris indispositiones exalando talia ita dicūt glose cōes ꝑ quas semꝑ intelligo glosā que incipit Eglogarum tres sūt partes ⁊c. ¶ Ultra ista dicenda sunt alia. Phebus hoc est sol iusticie dei filius. interdixit. et maledixit diabolo. serpenti tortuoso. qui fabricauerat fraudes per quas fili⁹ suus. scilicet adam mortuus fuerat. Jdeo dij (scꝫ pater et filius et sp̄ussanct⁹) q̄ sunt vnus deus in essentia. et trini in ꝑsonis (secundum fidem) filium dei spoliauerūt deitate sua. inquantum ipse incarnatus est

¶ Aliter. Illi q̄ fabricāt fulmina sunt balliui/ ⁊ alij executores iusticie. et iō illi q̄ tales ledūt sunt grauiter puniēdi. Cōsequēter qr hic fit mētio de opolline breuiter agēda est eius descriptio. ¶ Apollo quartus deoꝝ depingit̃ sub forma iuuenis nūc formā puerilē habēs/ nūc muliebrē/ sup caput gerit tripodē auri/ in dextra vero manu hꝫ pharetrā/ arcū ⁊ sagittas/ ⁊ in altera cytharā/ sub eius pedibꝰ monstrū depingit̃/ hn̄s corpus serpentinū/ ⁊ tria hn̄s capita/ lupinū carniū/ ⁊ leoninū/ iuxta ipsum est laurus depicta / coruus sup eū volitabat/ sub lauro nouē muse choreas ducūt/ et phiton serpēs vna sagitta apollinis transfigit̃. ¶ Exponatur sic. Apollo est sol iusticie xp̄s (q̄ semper iuuenis est per puritatē ⁊ sanctitatē) hꝫ tripodem. i. aiam corpus ⁊ deitatē. cytharā qua nr̄os longores ⁊ miserias releuat/ hꝫ arcuꝫ quo malos corripit. Iste occidit phytonē serpentē. s. dyabolum/ amat coruos. i. religiosos tan sibi dedicatos/ habet deinde laurum arborē crucis/ sibi assistunt muse nouē. i. nouē ordines angeloꝝ ⁊ iste dr̄ deus ingeniȷ̄ et diuinationis. ¶ Aliter eū poete aliqui describunt. Pingitur eni iuuenis armatus habens comas delatus in quadriga ⁊ agitatur equis/ ex litteris exaratur sibi muse ministrant/ circa eū sunt lauri/ ⁊ habet coruum cecum. Istud sic exponi potest. Phebus iste est tyrannus iuuenis. q̄ ꝑpter insipientiā habet arma crudelitatis/ comas/ hoc est ornatus pomposos ⁊ superfluos/ defertur in quadriga per superbiam tumultuosam/ circundatur equis magnifice et pompose/ habet musas: hoc est musicos/ mimos ⁊ hystryones/ circundatur lauro: hoc est voluptate mundana/ habet secū coruos: hoc est peruersos ⁊ satellites. ¶ Construe. Apollo decreuit. i. adiudicauit (inde decretum ⁊ decretalis) morti/ cyclopes. populos vel gygantes fabricantes fulmina imperio. i. precepto iouis summi deoꝝ (⁊ hoc dico peone) filio suo/ percusso. i. mortuo/ mox. i. statim/ ipse spoliatus sua deitate in ira. i. per iram (hic est figura prothefeos pharalenge. i. positio prepositionis pro prepositione. vt ibi in primo eneydos. (Multa super priamo. ⁊c̄. id est de priamo) superū. i. superborum. et superum declinatur. Nominatiuo supera superum: et caret masculino genere sicut cetera et infera. Suscepit curam pecoris/ admeti agendam. id est per ipsam regēdam ducendam et custodiendam. ⁊c.

Limite iussus abram patrio discedere saram
Assumpsit sine spe sobolis sibi concipiende
Tandem confecta etuate creatur herilis
Filius et lactat sua quem natura grauauerat

¶ Postq̄ꝫ in precedētibus posita sunt gesta tempore legis nature per duas etates. hic ꝯponunt̃ gesta tercie etatis. in cuius initio circūcisio est data abrahe. Et p̄io fit qđ dictū est. Scđo descēdit ad tp̄s legis. Scđa ibi. Raptus aquis moyses. Et ne ignoretur istud in quo fundat̃ diuisio principalis. Sciēdum est q̄ sunt septē etates mundi. Prima fuit ab adā vsq̄ꝫ ad noe: cuius vesper et finis fuit diluuium. Scđa fuit a noe vsq̄ꝫ ad abraham/ cuius confusio linguaꝝ in septuaginta ydiomata. Tercia fuit ab abraham vsq̄ꝫ ad moysen: cuius finis fuit praua vita saulis. Quarta fuit a moyse vsq̄ꝫ ad transmigrationem babilonis: cuius finis fuit dissentio regū/ qn̄ ipsi ducti sunt in babylonē captiui. Quinta a transmigratione babylonis vsq̄ꝫ ad dauid: cuius finis fuit priuatio iudeorum/ ⁊ a regno: quando dixerunt regē nō habemus nisi cesarē. Sexta fuit a dauid vsq̄ꝫ ad christum. cuius vesper siue finis erit resurrectio mortuoꝝ. ¶ Quo premisso redeamus ad diuisionē lectionis. Prima pars diuidit̃ iteꝝ in duas partes. Primo agitur de tribus patriarchis diuisim. Scđo de duodecim simul ibi. Venditur in seruū. Primo iteꝝ agit̃ de abrahā ⁊ filio suo. Scđo incidentaliter de destructione sodome. Scđa ibi. In cinerem sodomas. Tercio agitur de iacob/ ibi. Cōgressus dn̄o iacob. Item primo de abrahā. Scđo de ysaac filio suo. scđa ibi. Heredis forma. Ita probabiliter potest diuidi textus iste. Et possibile est etiā q̄ alia posset reperiri diuisio magis subtilis ⁊ artificiosa: que remittet̃ ad theologos. Ideo ista taliter qualiter inuenta sufficiant. et probabiliter sustineat̃. ¶ Dicit ergo in prima particula sic. Abraham iussus a deo recedere a patria: secum duxit saram vxorem suam sterilem: que in senili etate peperit filium et lactauit. Hec hystoria scribitur originaliter Gen̄. xij. circa p̄ncipiū. vbi dicit dn̄s ad abraham. Egredere de terra tua: ⁊ de domo patris tui. ⁊ veni in terram quā mōstrauero tibi. Septuaginta sex annoꝝ erat abraham. ⁊ tulit vxorē suā: ⁊ loth filiū patris: vt irent in terrā chanaā. De promissione ysaac habetur. Gen̄. xv. de scđa ꝑmissione. Gen̄. xviij. de partu ⁊ de conceptione ysaac. Gen̄. 21. vbi dr̄ q̄ sara cōcepit et peperit filium in senectute sua: sicut predixerat

ei deus. Et creuit puer ysaac ꝛ ablactatus est a matre sua .s. antiqua/ Unde qꝛ abrahã credidit angelo nunciãti ista. iõ addita est sibi vna lr̃a in noĩe dicẽdo abrahã .i. pater multarũ .s. gẽtium. Et qꝛ saray nõ credidit: sed derisit. ideo de noĩe eiꝰ ablata est vna lr̃a: ꝛ vocata est sara. ❡ Iste abraham est filius dei: qui in mũdo iussu patris summi descendit: q̃ nõ potuit cũ vxore habere filiũ. ꝛ qꝛ nõ potuit cõuertere iudeos. ideo in aliã patriã recessit et genuit filiũ et alias nationes ad fidẽ conuertit. ❡ Construe. Abram dissyllaba est hic. ꝛ interpretatur pater/ iussus discedere limite patrio. assumpsit saram sine spe sobolis cõcipiende. i. prolis habende. qꝛ ista erat sterilis/ tandẽ. i. finaliter post longum tp̃s. filius herilis. i. heri. hoc est dñi. (vel herilis dr̃ qui genitus est a patre legitimo ꝛ matre legitima) creat. i. producit et gignit vel concipitur. illa confectus. i. grauatus. et repletus etate senili. et sara lactat (lactare actiuum est si significat puero prebere mammam.) lactare vero etiam significat lac suggere. vt põnit in Ebrardus in grecismo suo. et ibi in psalmista. Ex ore infantium et lactantium. filiũ suum lactat quem sara mater sua natura. i. senilis etas. grauabat. ꝑpter onus lactandi ꝛ nutriendi eum. Ista hystoria conuenit cum fabula preambula. quia sicut Apollo spoliatus est deitate/ ita Abraham patria sua.

Dedalus aptatis liquidum secat aera pennis
Filius insequitur fragilis/ sed cera liquatur
Et cadit in pelagus/ gemit sub pondere fluctus
Ille sui compos brumales attigit arctos

❡ In ista pte incipit pseustis iuxta libitũ suũ dicẽs. Dedalus sibi pennas aptauit quibus ꝑ aera leuatus est/ sed filius eius ycarus ip̃m insequẽs mediũ tenere nesciuit. sed pennarum cera liquefacta in mare cecidit. hec fabula describitur Uirgilio in principio. vi. Eneid. vbi dicit. Dedalus fertur fugiens minois regna. ꝛc̃. Eam quoqꝫ describit. Ouidius in libro de arte amatoria. et in. viij. de transformatione post principium. ❡ Fabula est dum minos rex crethensis esset in obsidione athenaꝝ pro filio suo interfecto. phasiphe vxor eius concubuit cũ thauro: ꝛ effigiẽ vacce sibi assumpsit ꝛ concepit minothauꝝ. i. illud monstrũ: quod pro media perte erat bos/ ꝛ pro alia media parte erat vir. hoc vidẽs rex fecit fieri a dedalo artifice subtilissimo laborinthum. i. domũ diuersis ambagibus ꝛ flexibus nexã: ꝛ ibi inclusus est minotaurus: ꝛ dabant athenienses singulis annis deuorandi ab eo. Ueritas est (vt dicunt) qꝫ taurus notarius regis concubuit cũ regina. ꝛ ista fabula potest inuehi cõtra vilem horrendã: immo inexplicandã impudicitiã aliquaꝝ mulieꝝ. Et ex ista fabala etiã potest dari documentũ principibꝰ ne nimis diu vxores suas deserant: ne dent eis occasionẽ peccandi. ❡ Aliter dr̃ qꝫ ista regula est aĩa. que absente rege. i. xp̃o neglecto per peccatũ/ fornicat cũ tauro. i. dyabolo. descẽdendo ad textũ. post ad noticiã minois regis deuenisse dedalum fuisse cã cõcubitus vxoris sue cũ tauro/ iussit rex vt cũ filio suo ycaro in laborintho: includeretur: sed ipse per industriã suã sibi ales applicauit: et sic cũ filio euasit. ❡ Per dedalũ intelligimꝰ peccatorẽ: quẽ minos/ hoc est dyabolus implicat. i. illaqueat in laborintho negocioꝝ mundanorũ: a quo nõ potest se euoluere: nisi ꝑ alas contemplationis transeũdo ꝛ trãsuolando hoc mare tempestuosũ. i. hunc mundũ. Textus dicit finaliter qꝫ nõ obstãtibus monitionibus dedali sup modo volandi/ ycarus filius eius patris p̃cepta cõtempsit: ꝛ ita alte volauit qꝫ pennis ꝛ cera liquefactis decidit in mare. (qd̃ dr̃ ab eo ycareũ) De isto dicit q̃dam metrificator. Icare nate bilis ꝛ iã sine patre peribis. Jam dixi tibi bis medio tutissimus ibis. Facile est eligere duos sensus morales. Primus est de obediendo parentibus/ sapientioribus ꝛ superioribus. Secundus es de tenendo medium (quia vt dicit philosophus.) Uirtus consistit in medio. ❡ Iste dedalus est deus summus fabricator mundi quilibet christiannus est filius eius. Unde cum ipse deus celos ascenderet: monstrauit p̃mo filio suo hoĩ xp̃iano viã volandi ad celos ꝑ mediũ virtutũ: exeũdo hunc mundũ per ꝯtemplationis alas. Sed quidã nimis basse volant ꝑ auariciã/ inuidiã. ꝛc̃. aliȷ nimis alte ꝑ superbiã/ ꝛ tales descẽdũt in mare hoc est in infernũ. ❡ Cõstrue. Dedalus. ille vir/ secat. i. scindit et diuidit aera (actũs est grecus) i. aerẽ. ꝛ dr̃ ab a qd̃ sine/ ꝛ erilis: quasi sine lite ventoꝝ ꝑ antifrasim/ liquidũ. i. purũ ꝛ clarum: qꝛ aer est dyiphanus s̃m phõs/ pennis suis/ filius ycarus insequit eũ/ sed cera fragilis qꝛ cõpacte ꝛ cõiũcte erãt ale sue/ liquat. i. fluit/ dissolvitur. decurrit/ defecit / ꝛ cadit in pelagus. i. in mare. Et dr̃ quasi penitus latẽs ꝑ ethimologiã / vel pellendo fluctus maris/ gemit in preterito. ꝛ est trisyllabũ sub pondere illius. Ille dedalus. ꝯpos. i. ordinator ꝛ ꝯpositor sui

id est sui voti/vel secundum libitum suum volans/ attigit.i. non: in preterito arctos/stellas brumales/frigidas vnde bruma. Arctos ⁊ septentrion. vel est stella vrse in septētrione posita/⁊ nunq̄ tendit ad occasum. sed semper oritur circa polum articum/⁊ iste stelle sunt plures qui dicuntur maior vrsa ⁊ minor vrsa secundum astrologos.

Heredis forma non est motus patriarcha
Quin mactaret eum nisi vox emissa deorsum
Parcere iussisset: rapitur qui cornibus heret.
In dumis aries/patrem sequitur sua proles

¶ Hic alithia ponit hystoriā q̄ depēdet a p̄cedēti dicēs. q̄ patriarcha abrahā nō fuit a deo pietate paterna ꝓpter formā filij ꝯmotus/qui ipm mactare ⁊ immolare promptus esset nisi vox desursū missa iussisset eū dimittere/⁊ loco eī⁹ arietē imolare. hystoria scribit̄ geñ. 22. vbi narrat̄ q̄ de⁹ tētauit abrahā: ⁊ dixit ad eū. Abrahā abrahā. Qui rñdit. Adsum. Et dñs ait illi. Tolle filiū tuū vnigenitū (quē diligis) ysaac/⁊ offer mihi ipm in holocaustū .i. in sacrificiū/sup vnū montē quē mōstrauero tibi. Abrahā itaq̄ hoc audito se disposuit ⁊ strauit asinū suū duos iuuenes ⁊ filiū suū tulitq̄ holocausti ligna ⁊ imposuit sup ysaac filiū suū. Ipse aūt portabat in manibus ignē ⁊ gladiū. Et cū ꝑgerent simul: dixit ysaac patri suo. Pater mi. At ille rñdit. q̄d vis fili. Ecce inq̄t ignis et ligna vbi est victia holocausti: dixit illi. Dñs ꝓuidebit sibi victimā holocausti fili mi. Deīn colligauit filiū suū: ⁊ posuit eū sup struē lignoꝝ: ⁊ accepit gladiū vt immolaret filiū suū. Et ecce angelus de celo clamauit dicēs. Abrā abrā. Qui rñdit. Adsū. dixitq̄ ei. Nō extēdas manū sup pueꝝ. nec facies ei q̄cq̄/nūc cognoui q̄ times dñm. Leuauit abraam oculos suos/⁊ vidit arietē inter vepres herētem cornibus/quē assumens obtulit in holocaustū pro filio suo. Et ꝯñr cōmendat̄ iste ⁊ sibi bñdicit̄. ¶ Ibi instruūtur parentes diligere filios suos: sed ꝓpter deū: et ergo deū magis diligere/vt semper sint prompti etiā de ꝓprijs filijs disponere s̄m beneplacitū dei. Est ergo reprobatus amor quorundā parentū inordinatus a deo: vt nō audeāt. immo nec ꝑmittāt filios castigari vel corripi virgis ⁊ verberibus/ex qua re q̄ grauia reipublice ⁊ fidei orthodoxe incōmoda ꝯuentura sint: experientia discere possumus. Nec sic mulier illa ꝓbitate ⁊ bonitate ꝯspicua mater sancti Ludouici quondā huius xp̄ianissimi galloꝝ regni filiū suū ineruditū aut indisciplinatum ꝑmittebat. sed eū diligēter monitionibus salutaribus instruebat. Inquiebat sepissime/mallem te mortē incurrere tp̄alem: q̄ per vnū mortale pctm̄ te tuū offēdere creatorē. Quod a vobis generosissimi principes totis vite vestre tp̄ibus coram mēns vr̄e oculis insidere dz vt sic hec clarissima domus francie fidei catholice religionis xp̄iane ꝓtectrix semꝑ existat. per q̄d maior mors atq̄ meritū vobis apud homines ꝓcurabit̄/quasi totū orbē terraꝝ ab oriētali plaga vsq̄ ad occidentalē/⁊ a meridionali vsq̄ ad septētrionalem vastis ⁊ potētib⁹ vestroꝝ belloꝝ impetus perdomueritis. Et sciūt pedagogi q̄ difficile sit hodiernis temporibus pueros suos adolescētes ⁊ alios bene regere: q̄ vbiq̄ parētes siue iure/siue iniuria liberis credunt. Hic ergo quidē prolixximā atq̄ amplissimā orōnem (si locus pateret̄) cōtexerē sed hanc hactenus taceo. ¶ Per abraam intelligit̄ pr̄ ille nr̄ celestis deus gloriosus: qui filio etiā ꝓp̄o nō pepcit. ysaac int̄pretat̄ risus. q̄ xp̄o adueniēte fuit risus: ⁊ exultatio in vniuersa t̄ra. Un̄ iste fili⁹ nō mortu⁹ est s̄m deitatē: s̄z aries mortē passus est: sic xp̄s s̄m carnē. ¶ Con. Patriarcha .i. abrā (dr̄ a pr̄ ⁊ archos pn̄ceps) nō est mot⁹ .i. ꝯmotus/forma .i. ꝓpt̄ formā: heredis .i. filij sui (Iuxta illud ap̄li. Fili⁹ ḡ heres. ⁊c̄.) quī ipse mactaret .i. occideret eū filiū / nisi vox angelica missa deorsū a celo ad terrā iussisset .i. p̄cepisset ꝑcere filio suo. aries dr̄ a b ares q̄d est v̄t⁹/vel ab ara ꝓ altari. q̄ heret cornib⁹ .i. dumis/rapit̄ .i. ab ipso capit̄ ꝓ imolādo patrē .s. abraā/sua ꝓles sequit̄ .s. fili⁹ su⁹ insequit̄/hoc est caro hūana īsequit̄ xp̄m. ¶ Nota hic ḡnaliter istā ꝯclusionē isti⁹ vltie ꝑticule q̄ incipit ꝑ actm̄ casū/vt relatiuo sequēs habeat locū: iuxta illam regulam Alexandri in suo doctrinali in tractatu de constructione. Cūq̄ relatiuis. ⁊c̄. Conuenientia est inter hystoriam hanc ⁊ precedentē fabulam: vel similitudo seu ꝓportio: quia sicut fiebat mentio de patre ⁊ filio/ita hic et alibi. Dedalus edocuit filium suū artem qua mortuus est. Hic Abraam volebat occidere filium suum. vt p̄z. ⁊c̄.

Phyllis amore graui demophontis capta superbi
Mutat flebiliter rigidum pro corpore suber

Ille reuersus eo truncum rigat ore supino
Occurrit foliis seu senserat oscula phyllis

¶ In hac parte pseustis pponit talem fabulã seu poeticã hystoriã. Nõ enim semp ea q̃ per pseustim dñr sunt ficta omnino ⁊ fabulosa: qr q̃nq̃ narrat hystorias/licet poetico tegmine coopertas vel palliatas. Dicit ẽ q̃ phyllis amore demophontis misere pdita in arborẽ amigdalum ꝯmutata est. Qđ dũ demophõ regrediẽs pciperet/cepit osculari lignũ/qđ sibi foliis et sua agilatiõe sibi occurrere videbat. ¶ Ista fabula ponit ab Ouidio in de remedio amoris. vbi dicit. Perfide demophõ surdas pclamat ad vndas: ⁊c. Et id ẽ ouidi⁹ tangit eã in. ij. epistola li. heroidũ. q̃ incipit. Hospita demophon tua te redopeia phyllis. Ultra pmissũ tẽpus abesse queror. Uñ demophõ filius thesei athenieñsis regis rediens de bello troiano per vnã hyemẽ remansit in tracia in qua regnabat lygurgus hñs filiã speciosam phillidam/q̃ istũ amare cepit. Hyeme transacta voluit demophon redire ad patriã: fide tñ prestita phyllidi q̃ infra certũ terminũ prefixũ rediret. sed pter vehemẽs maris pcellas in illo termino nõ potuit redire. quapropter phyllis mortua est pre nimio dolore (⁊ vt dicũt) in amigdalũ trãsformata: qꝫ fm rei ꝟitatẽ ipa ppa corrigia ad arborẽ se suspendit/⁊ veniẽs demophõ corpus mortue deosculabat: et ipsam sepeliuit. ¶ Physice põt exponi fabula. Nota p demophontẽ solẽ: p phyllida quãlibet arborẽ intelligimus. Demophon' concubuit cum phyllide morẽ faciẽdo: qr sol arbores pullulare facit. et in hyeme arbores mutant corpus in rigidũ suber. qr nullos fructus gerunt: sed solum hñt rigorẽ corticis. et in reditu demophontis. i. solis insignis estatis. phyllis sentit oscula ei⁹/qr tunc arbores fructificant ⁊ crescunt. ¶ Ad literam ista narratio introducenda est ad detestandũ amoris libidinosi impatientiã/q̃ amantem omnino a vita spirituali deiecit/et in rigidũ suber mutat. i. ipm induratum in pctõ illo carnali facit. Et idcirco iste amor fugiẽdus est. sicut pulchre et late docet ipsum vitare Naso in toto decursu libri de remedio. vbi artificialiter et ornate pñtem materiã ꝯtractat. Unũ est tñ qđ hic notari volo ad detestationẽ libidinis ⁊ voluptatis. qđ scribit Cicero in de senectute. Inquit eñi post alia stupra/adultera: et oẽ tale flagitiũ nullis aliis excitari illecebris. nisi voluptatibus: ⁊ ꝯcludit dicẽs. Quo circa nihil esse tam detestabile q̃ voluptatẽ. Impedit eñi consiliũ voluptas. rationi inimica est ⁊ menti. ⁊ vt ita dicã pstringit oculos. nec habet vllum cum virtute ꝯmertiũ. ¶ Con. Phyllis. illa mulier (hec phyllis/gtõ huius phyllidis/vel phyllidos) capta. irretita. graui ⁊ inordinato amore demophontis/mutat. i. mutãdo accipit flebiliter rigidũ suber. Ebrardus. Pars prior est cortex/liber altera/tercia suber. Unde fm Papiã suber neu. gñis dr arbuscula vel eius cortex/vel est cortex suberici arboris fm catholicon. ille scꝫ demophon. reuersus eo rigat truncũ arboris/ore supino/phyllis occurrit sibi foliis suis. seu pro tanq̃/senserat. i. perceperat/oscula sibi correcta ab amasio suo.

In cinerem sodomas soluens diuina potestas
Ob pactum patrui loth parcere cogitat vni
Seruat eum segor sed perfida vertitur vxor
In salis effigiem/lambunt animalia cautem

¶ Hic alithia ponit suã hystoriã dicẽs. q̃ punitione diuina: sodoma ⁊ alie ciuitates funditus dissolute sunt ⁊ euerse. Sed pter pactũ qđ fecerat de⁹ cũ abrahã patruo loth/ipse loth liberat⁹ est/⁊ in segor ciuitate receptus: sed vxor ei⁹ versa est in lapidẽ quẽ alalia lambunt. Hec hystoria originaliter hr Geñ. xviij. ca. vbi legit q̃ dñs dixit ad abraã. Clamor sodomorũ et gomorreoꝝ multiplicat⁹ est ⁊ pctm eoꝝ aggrauatũ est nimis/descendã ⁊ videbo vtrũ clamorẽ qui venit ad me/ope ꝯpleuerint. Et dixit ille. Nunq̃d pdes dñe iustũ cũ impio. Et dixit. Si fuerint quinquaginta iusti/nunq̃d simul peribũt. Et dixit dñs. Si fuerint quinquaginta: dimittã oĩ pplo pter eos. Et ꝯñr dixit. Nõ delebo ciuitatẽ etiã si fuerint quadraginta quinq̃: immo quadraginta: imo triginta. Et si ibi inuẽti fuerint viginti: nõ interficiã propter illos. Et dixit adhuc abraã. Obsecro iquit ne irascerĩs dñe si loquar adhuc semel. Quid si ibi inuẽti fuerint decẽ. Et dixit dñs. Nõ delebo pter decẽ. Et misit de⁹ duos angelos ad ciuitatẽ illã: vt pciperent loth q̃ recederet: sed eos pulcherrimos vidẽtes ciues, vallauerũt domũ loth volẽtes eos cognoscere. Et dixerũt angeli ad loth. Oẽs q̃ tui sũt reduc de ciuitate hac/quia delebimus locũ istum. Surge tolle vxorem tuã ⁊ duas filias tuas: ne vt im p. riter

pereas in scelere ciuitatis. Et angeli eduxerũt illos: et dixerũt. Salua animam tuam ꝛ noli respicere post tergũ tuũ. Igitur egressus est loth sup terrã. et loth ingressus est segor. Et dñs pluit sup sodomã et gomorrã sulphur et ignẽ. et subuertit has ciuitates et oẽm aiam viuentẽ circa regionẽ. vniuersos habitatores vrbiũ. et cuncta terre virentia. Respiciensq₃ vxor eius post se. conuersa est in statuã salis. ¶ Ex hac historia ptz q̄ vile et abhominabile execrandũ et deo exosũ est illud nephãdũ crimẽ contra naturã. qđ nũc appellatur sodomiticũ. qđ vix hõ in confessione etiã dicere audet. vt sciũt illi q̄ audiũt cõfessiones et cõsciẽtias hoim diligẽter inquirũt. et peccantẽ sic contra naturã iubent leges igne cremari. Unde etiã de viris gabaa volentibus abuti. interfecti sunt quadraginta et tria milia viri. vt habetur Iudicũ. xix. Ex istis multis historijs et fabulis ptz detestatio luxurie. de qua dicit gregorius. Luxuria mentem excruciat. rationẽ excecat. corpus maculat. Huic seruiunt cecitates mẽtis ꝛ inconsideratio amor sui. odiũ dei. desperatio ab eterno. Exponẽdo historiã allegorice. p sodomas intelligimus pctõres carnales. Ille q̄nq₃ ciuitates q̄ delete sũt. significãt q̄nq₃ sensus corporis q̄ oẽs subuertuntur et excecantur. Per loth intelliguntur virtuosi et contẽplatiui q̄ contẽnunt carnem. et intrant ciuitatẽ segor. i. hierusalẽ celestẽ. vxor eius. i. vita actiua. mutatur in lapidẽ salis. i. incõcupiscentiã boni. Uel possũt intelligi penitẽtes q̄ statim reuertuntur ad pctã. ¶ Construe. Potestas diuina. solues. i. dissoluẽs sodomas. ciuitatẽ illã in cinerem cogitat parcere loth. illi vero ad suũ dictũ. od pactũ. i. pmissũ patrui sui scilicet abraham (patruus est pater patris alicuius. et dr̄ a patre) Segor illa ciuitas. seruat. i. custodit. eũ scz loth. sed vxor perfida. i. infidelis (quasi sine fide) vertitur. i. mutatur. in effigiẽ. i. similitudinẽ salis. alia lambunt. i. lingunt cautem. i. illum lapidem. Et dicitur a canendo. ¶ Conuenientia fabule et hystorie est. quia sicut phyllis mutata est in arborem. ita vxor loth. in lapidem.

Argolicas contra bellans acies cytherea
Itide manibus dea pertulerat graue vulnus
Deplorant socii commissa ducis furiosi
Nam facti volucres acuunt pro dentibus vngues

se coniunctam ⁊ compositam quadā coaptione ⁊ armonia musicali. Et ita sentit boetius dicens Corporis status eisdē quodāmō ꝓportionibus videt̄ esse ꝯpositꝰ: q̄bus modulatiōes armonice in arte musica copulari demonstrant̄. Et aristoteles etiā in .viij. politicoꝝ attribuit maximā efficatiā vim ⁊ potentiā arti musice. Vn̄ in olympiadibus. Iouis sacerdotes con̄suentū ad sacra mortaliū: quosdā sub frigij modi sono incitatos reuocata interius vi sensuum rapiebāt ita vt sopito exteriori tumultu ꝓfunditas nonnunq̄ꝫ veritates attingerēt. Vn̄ pythagoras mitigauit/ deuulsit/ ⁊ ad rationē adduxit vel eduxit quēdam adolescentē quasi furentē ⁊ volentē cōburere domū corriualis sui: ꝓpter meretricē quēdam: sed ita graui tactu spōte succinuit pythagoras ꝙ eū retraxit. Videmus eni ad experientiā ꝑ sonos turbaꝝ obsessos a demone adduci a ꝑturbatione animi ad statū quietū. Ex quibus satis ꝓbabiliter et verisimiliter ꝯcludi potest ꝙ sono dulci cythare animꝰ istiꝰ saulis potuit mulceri q̄uis illud attribui possit diuine dispositioni ⁊ ꝑmissioni. ¶ Circa scd̄am particulā istius textus sciēdū est ꝙ de successione dauid in regnū hr̄. ij. Regū. i. vbi prius. Dauid manifestat̄ ꝑ quēdaꝫ iuuenē mors saul ⁊ ionathe filij eius/ mesticia quā cōcepit dauid. Et in ca. ij. scribit̄ qualiter vnctus est Dauid in regē sup̄ domū iuda. Et in. iij. ca. agit̄ de dauid. q̄ etiā regnauit sup̄ domū iuda in ebron: ⁊ ꝯposuit fedus cū abner principe exercitꝰ Saul. ꝙ traderet regnū saul in manu eius. ¶ Per dauid intelligimꝰ xp̄m/ q̄ interfecit Goliā. i. dyabolum: ⁊ portas inferni cōfregit. ⁊ ꝯtra philistinos. i. iudeos ⁊ infideles predicauit. ¶ Con. Puer. s. dauid cytharista id est ludēs cū cythara/ adiuuit musa. i. musica scia: chordaꝝ. i. fideliū musicaliū. nc p̄do malignus. s. dyabolus q̄ male aīam nr̄am a ꝟtutibꝰ depredat̄/ vexaret. i. fatigaret corpus regis. i. saulis. cui scꝫ dauid studiū. i. exercitiū ⁊ labor erat/ tondere (scd̄e ꝯiugationis est: et signt crines remouere ⁊ abradere) pelles bidentiū. i. ouiū. Vn̄ dicit catholicō. Bidens est quoddaꝫ instrumentū rusticoꝝ bifurcatū ꝓpter duos dētes. Et qn̄ est fei ḡnis. est ouis duobus dentibus q̄ prominēt ⁊ cū quibus fert̄ nasci: ⁊ est ḡnis incerti. dextera, ipsius dauid successit sceptro. i. ꝟge regali ⁊ dn̄o regis saulis. articulo. i. i breui spacio tp̄is. hec hystoria hꝫ clarā ꝯuenientiā ⁊ depēdētiā cū fabula p̄cedēti ꝑ cytharā orphei ex vna: ⁊ dauid ex altera partibus.

Herbarum succos tractant silennius heros
Arte potens tali vt credas cuncta fateri
Exortes lucis virga reuocauit ab vmbris.
Quem natam magne lactauit mamma nouerce

¶ hic psuītꝫ ꝓ libito suo incipit facere aliā narrationē dicēs. ꝙ mercuriꝰ tractat succos herbaꝝ ⁊ ab inferis aīas cū virga sua reuocabat. tantā eni habuit artē vt illa faceret. Dicit vltimo ꝙ ipse a iunone nouerca sua fuit nutritus lacte ꝓprio. q̄uis esset filius maie athlantis. Mercuriꝰ semꝑ in poetis introducit̄ vt iouis nūcius. vt patet in. i. methamor. in fabula de yo. et de virg. iiij. eneid. clare. vbi iupit̄ mādauit ei ⁊ p̄cepit venire ad eneā morantē cū dydone. ¶ Declarādo textū latiꝰ sciēdū est. ꝙ iupiter multos habuit filios sicut vbiq꞉ ponūt poete: quoꝝ vnꝰ fuit mercuriꝰ quē iuno tm̄ dilexit ꝙ etiā lacte ꝓprio ip̄m enutriuit. ⁊ semꝑ illi beniuolentiā p̄buit. Iste erat discretꝰ valde i arte medicinali. ⁊ habuit ꝟgā appellatā caduceā vn̄ dicebat̄ caducifer: qꝛ in ꝑte tacte ꝑ eā viuificabat: ⁊ in ꝑte mortificabat ⁊ suscitabat mortuos ⁊ ad vitā de infernis reducebat. Fuit aūt filiꝰ maie athlantis q̄ per gorgonē a perseo in montē conuersus fuit. ⁊ optime describit virg. in. iiij. eneid. Iāq꞉ volēs apicē ⁊ latera ardua cernit. Athlantis duri celū qui ꝟtice fulsit. Physice exponēdo pōt dici ꝙ iupiter est aer superior iuno inferior: mercuriꝰ est mētis currꝰ. i. sermo hūanus. ⁊ dr̄ filius iouis: qꝛ per hūc reconsiliamur sup̄bis: hūc lactauit iuno vberibus suis. qꝛ cū loquimur attrahimꝰ aerē inferiorē quo attracto aspiramꝰ ⁊ mentis ꝯceptū exp̄mimꝰ: vt ptꝫ ex primo de aīa. vbi dr̄ ꝙ vox est sonus aeris respirati ad arteriā vocalē ꝑcussu cū imaginatione signdi. iō dr̄ in ꝑncipio summulaꝝ logicaliū. ꝙ vox est sonus ab ore aīalis ꝓlatꝰ naturalibꝰ instrumētis formatꝰ. ¶ Qm̄ aūt hic de mercurio agit̄. iō eius descriptionē videamꝰ f̄m fulgentiū. Pingit̄ aūt vt hō habens alas in talis caput caninū: in manibꝰ virgā somniferā circūdatā serpentibꝰ: ⁊ gladiū curuū dictū harpe: ⁊ hn̄s fistulā in ore: ⁊ galeꝝ in capite vel galeā. sibi ꝯsecrat̄ gallus: ex altera ꝑte erat argus occisus. Iste est deus mercatoꝝ. ⁊ iō dr̄ mercuriꝰ quasi mercantiū kyrios. i. dn̄s. Et etiā deus furtoꝝ. ⁊ de viro in feminā se mutabat. ⁊ nigra candida ꝓ libito faciebat. Astrologi dicunt mercurium esse planetam de se beniuolum: ⁊ est nuncius iouis. quia velociter facit cursum vel motum suum. Et ideo dicitur mercatorum dn̄s/ quia ipse dicitur deus

eloquētie/mercatores autē indigent multa eloquentia: ⁊ nati in cōstellatione eius sunt eloquentes. ¶ Mercuri⁹ significare pōt quēlibet bonū prelatū ⁊ superiorē qui est custos gregis dn̄ici. Ideo habet caput caninū eripiēs aues a faucib⁹ lupoꝝ infernaliū. hꝫ alas contēplationis. De qbus dicit Boetius. Sunt etenī penne volucres. ⁊c̄. Talis habere debet virgā prudētie ⁊ correctiōis gladiū seueritatis ⁊ iusticie: fistula eloquētie spiritualis: debet enī habere rhetoricā diuinā. de qua pulchre more suo tractat dn̄s Guillermus parisieñ. in suo tractatu de rhetorica diuina. Debet esse vigil ⁊ diligens ad modū galli iuxta illum hymnū. Ales dei nuncius. ⁊c̄. Iste est deus mercatoꝝ inquantū lucrat̄ alas deo. ⁊ furat̄ dyabolo peccatores: ⁊ debet habere modo rigorē viri. modo suauitatē ⁊ benignitatē muliebrē f̄m diuersas tp̄is ⁊ negocij circūstantias. Talis occidit argū. i. dyabolum/vel quēlibet deprauatum. Aliter significare posset sapientes huius mundi ⁊ aduocatos. vtilitatē propriā sine prauitatē vtilitati ⁊ publice preferētes. sed istud causa breuitatis omitto. ¶ Cōstrue. heros heroys dicit̄ vir fortis/probus strenuus. silennius scilicet mercurius sic dictus a silennio monte in quo colitur: vel dicitur a silendo. i. mouēdo: qꝛ de summo celo ad terras mouetur. ideo dicitur interpres diuinum. tractans. i. tractando disponens/succos. i. aquas humores vel liquores herbarum conficiendo medicinas. reuocat. i. liberauit et retraxit exortes. i. animas expertes. Exors f̄m catholicon dr̄ ab ex ⁊ sors. i. extra sortē posit⁹. vt Sapiētie. ij. Nemo nostrū sit exors luxurie vestre. i. alienus vel extra sortem lucis. i. claritatis/ab vmbris. i. inferis. vmbre proprie dicuntur anime vagantes circa sepulchra f̄m paganoꝝ quorūdam erroneā opinionē/virga. i. cū virga mercurius dico/potens. i. doctus ⁊ instructus tali arte medicine vt credas alia cuncta fateri. confiteri (simplex pro composito illum ita esse potentem in illa arte.) quem scilicet mercurium natum. i. filium (hic natus nomen est ⁊ regit genitiuum. aliquando reperitur participium/vt a Virgilio primo eneid. Nate dea. ⁊c̄.) maie. illius mulieris filie athlantis. de quo superius aliquid dictum est/mammam nouerce (dicitur quasi nouos arcens. vel dicitur a nocendo nouerca eius erat iuno) lactauit. i. lac ministrauit ⁊ prebuit. Et hec de hac parte dicta sufficiant.

Omnipotens ithide poscenti dona sophie
Annuit intantum nature vincat vt vsum
Preditus ingenio decorauit menia templo
Confectum gazis euertit amor mulieris.

¶ Hic alithia cōtr̄ subiungit hystoriā suā: ⁊ dicit breuiter sic. Deus oṗs salomoni concessit magna ⁊ egregia dona sapiētie ⁊ idē salomō templū construxit. Ipse aūt sapiēs ⁊ diuitijs abūdans per amorē vnius mulieris submersus ⁊ deceptus fuit. ¶ Iste textus habet tres particulas. Prima tractat de sapiētia salomonis. de quo hr̄. iij. regū. iij. ca. vbi dicit̄. q̄ cōfirmatū est regnū ī manu salomonis filij dauid: ⁊ accepit filiā pharaonis: ⁊ nō erat edificatū templū dn̄i vsqꝫ in diē illū. Et dū immolaret salomon in gabaon vbi erat excelsum maximū ⁊ obtulit mille hostias in holocaustū. Apparuit dn̄s salomoni per somnū noctis dicēs. Postula qd vis vt dem tibi. Et dixit salomon. Dabis dn̄e si placet seruo tuo mihi cor docile vt possit iudicare populum ⁊ discernere inter bonū ⁊ malū. Et dixit dn̄s. Quia sapientiā ⁊ nō aliud postulasti. ideo eris sapiēs ⁊ intelligens intantū vt nullus ante te similis fuerit tui. ⁊ nullus post te surrecturus sit. etiā similis sit tui. Et statim in eodē ca. ponitur hystoria de iudicio salomonis. quā do duabus mulieribus ꝓ filio litigantibus dixit. Afferte mihi gladiū ⁊ diuidite infantē viuū. ⁊c̄. Et illā hystoriā tangit romanus ille papa Gregorius. xij. prius dictus ꝓprio noīe angelus coriarius in litteris ad monumentū bulle dn̄o Benedicto. xij. missis. ¶ Hic principes clare introducitur ad sapientiā et prudentiā pre oībus alijs exquirendā/sine qua impossibile erat ipsos regnare bene. Vn̄ Egidius romanus in sc̄da parte primi libri de regimine principū. ca. vij. ostēdit q̄ decet reges ⁊ principes esse prudentes. Et cā est qꝛ sine prudentia non est rex f̄m veritatē. sed noīe tm̄. Sc̄do sine prudētia de facili vertitur in tyrannū. Tertio sine ipsa nō pōt naturaliter dn̄ari. Primū sic ptꝫ. Rex est nomē officij vel dignitatis: est enī regis officiū vt suā gentē regat ⁊ dirigat in debitū finē. ⁊ hoc fit ꝑ prudentiā. Vn̄ dr̄. vi. ethicoꝝ. q̄ illos estimamus esse prudentes qui sibi ⁊ alijs possunt bona speculari ⁊ prouidere. Est ergo quidam oculus quo bonum ⁊ debitus finis conspicit̄: qui ergo hoc oculo caret non sufficienter videre potest ipsum bonū nec finem igitur propositum ⁊ sic talis carens prudentia magis est signū regis. q̄ sit rex. sicut denarius ereus vel plumbeus est signū alicuius

do/mille librarum. Alia duo pportionabiliter declarat. Secunda particula nostri textus agit quali
ter salomō edificauit templū dñi. et illud originaliter scribit. iij. regum. vi. ca. vbi dr q domus
quē edificauit rex salomon habebat quadraginta cubitos ex longitudine et alta proportio=
nabiliter. et ponitur ibi et sequit. Edificauit parietes domus intrinsecos tabulatis cedrinis:
et cōsequenter describit oraculū: et dr ꝯñr q oia cooperit laminis aureis opere quadro ad re
gulam et ibi mirandū et pulchrū artificiū describitur. cuius expositio remittitur omnino ad
doctores theologos et ad sacros doctores. Ex hac particula clare patet. q decet reges et pn
cipes esse magnificos. sicut tangit idē Egidius. c. xx. parte allegata vbi dicit. Tāgit phs. iiij.
ethi. sex proprietates paruifici que si inessent regibus maxime derogarent regie maiestati.
Prima proprietas est. q circa oia deficit: qr esse paruificū est facere parua et derectiua. Se
cunda eius proprietas est si contingat etiā paruificū magna expendere pro paruo / perdit
magnum bonū. Tertia est quecūqz facit tardans facit. Quartus est paruificus habet men=
tionē principaliter quō paruos sumptus faciat. Quinta est q semper expendit cum tristicia
et dolore. Sexta est q cū ipse nihil faciat videtur et semper q agat maiora q̄ debeat. ¶ Ex
quibus patet q decet principē esse magnificum in constructione castrorum/ecclesiarum/ciuita=
tum/et collegiorum. Summe tñ cauere debet ne hoc faciat de rapina subditorum ne dicatur sibi
Congeries lapidū varijs cōstructa rapinis. Corruet. aut alter raptor habebit eā. ¶ In ter
tia particula textus pñtis agit qualiter salomon per amorē mulierum fuit euersus. et de hoc
originaliter. iij. regū. xi. ca. vbi dr q amauit solomon mulieres et alienigenas multas: cum tñ
dixisset deus. Non ingrediemini ad eas/nec ingredientur ad vos. certissime enim aduertēt
corda vestra. vt sequamini deos earum. Et habebat salomon multas vxores. et. ccc. concubi
nas. Cumqz senex esset deprauatum est cor eius per eas: et adorauit deos alienos. Que vi=
dens deus dixit. q habuisti hoc apud te scindam regnum tuum et dabo illud seruo tuo. ve=
runtamen in diebus tuis non faciam propter dauid patrem tuum: sed de manu filij tui scin=
dam illud dabo illi tribum vnam propter dauid seruum meum / et hierusalem quam ele=
gi. ¶ Allegorice aūt exponendum est sic. Dauid vir fortis non edificauit templum: sed salo
mon. i. xps rex pacificus cōstruxit templum. s. ventrem gloriose virginis marie/finaliter xps
propter ecclesiam passus est mortem. et sic quasi seipsum abnegauit et factus patri obediens
vsqz ad mortem/mortem autem crucis. Ex hac parte clare appet q̄ perniciosum est nimis
adherere mulieri. Pro quo videatur idē Egidius in. iiij. pte ca. ij. vbi dicit q mores iuuenū
vituperabiles sunt sex modis. Primo vt dicitur. ij. rhetorice. Iuuenes sunt passionum insecu
tiui. et maxime insequuntur concupiscentias circa corpus/sunt enim incontinentes et insecu
tores venereorum actuum: et magis reguntur passione q̄ ratione Secundo sunt de facili
vertibiles. Tertio sunt nimis credituui. Quarto sunt contumeliosi. Quinto sunt mendaces
omnino quodammodo pertinaciter adherentes. Sexto in actionibus non habent moduz
sed omnia faciunt et in excessu contra documentum comici in andria. Nanqz arbitror appri
me in vita esse vtile vt ne quid nimis. Ideo per oppositum habentur sex alie iuuenū bone cō
ditiones: quas iste doctor enumerat in primo capitulo quarte partis. Primo enim iuuenes
sunt liberales. Secundo sunt animosi et boni spei. Tertio sunt magnanimi. Quarto nō sunt
male moti. Quinto de facili miserentur. Sexto sunt verecundi et erubescitiui. Et ista etiam
tanguntur. ij. rhetorice. Ultimo circa istum textum sciendum est. q solomon multa habuit
nomina sicut solet notari. et aperte dicitur et declaratur circa initia librorum biblie/quos ipē
ꝯposuit. s. sapientie/parabolarum/ecclesiastes canticorū vt apparet per hec metra. Ithida
pacificus salomon simul ecclesiastes. Appellant doctum quattuor ista virum. ¶ Construe.
Omnipotens scilicet deus annuit concessit. ithide. id est salomoni (et interpretatur discretus
poscenti/requirenti/dona sophie. id est sapientie (grecum nomen est in tantū vt vincat vsum
nature. quia non est visum nec auditum q aliquis haberet naturaliter tantam sapientiam)
isto dico/preditus (de predor predaris) predatus. id est diues effectus/ingenio. id est inge=
nij sapientia (secunda breuis. id est honorauit. et dicitur decus decoris.) menia. id est muros
caret singulari numero: et declinatur menia/menium/menibus. templo) et dicitur a templor:
non est in vsu) amor scilicet inordinatus. mulieris (mulier dicit quasi mollis aer/vel quasi
mulcens herum. de qua heronimus: contra iouinianum. Pulchra facile adamatur. quod plu
res amant difficile custoditur molestum est possidere quod nemo habere dignatur. minore
tamen miseria deformis mulier habetur q̄ formosa seruatur. De qua Esopus. Femina fe=
mineum nil bene finit opus. euertit. id effrenauit/destruxit eum/confectum. id est repletum
simul factum/gazis id est diuitijs. ¶ Hystoria conuenit cum fabula priori: quia sicut ibi vi=
sum est de mercurio de quo dictum est. Arte potens tali. etc. ita hic de salomone dicitur. Ma
ture vincat in vsum. Et ibi de ynone bona nouerca. hic autem de muliere pessima.

Gnosia cum raros quateret dodona racemos
Mater larga ceres miserata fame pereuntes
Tritholomum mundo misit serpente ministro
Qui primum terre speciem monstrauit ariste.

¶ Hic consequenter pseustis reincipit ꝓ libito tangens talē fabulā. Quodā tp̄e quo dodona sylua crethēsis producebat paucos fructus. Ceres mater larga. humani generis miserta. instruxit tritholomū in agricultura. q̄ primis ministrāte serpente. hoībus modū colendi agros pro frugibus edocuit. Presens historia scribitur ab Ouidio circa finem. vi. methamor. vbi dr̄ q̄ ceres irata de amissione filie sue proserpine. misit sterilitatē per totā terrā. postq̄ aūtē filiā reperisset. misit tritholomū in curru q̄ trahebat̄ a serpentibus. ꝛ p istū ceres dedit semina et fruges toti mūdo. dū autē iste venisset ad domū Ludouici regis. voluit eū occidere lyncus sed ipse p cererē mutatus est in lyncē. quia suā militē occidere parauerat. ¶ Ueritas historica vt dicūt fuit q̄ ceres fuit dn̄a ditissima. q̄ tp̄e cuiusdā famis acerbe p tritholomū ꝓcuratorē suū vēdi iussit frumēta i diuersis partib⁹ orbis. ¶ Ista fabula exponitur. Ceres est de⁹ pr̄. tritholomus est xp̄s. vel fili⁹ dei incarnat⁹. q̄ seminauit legē semē fidei nostre fructuosū. filia cereris est aīa hūana. q̄ p pctm̄ et preuaricationē ꝓthoplasti ꝑdita erat. Lyncus est ppl'ls iudeoꝝ. q̄ effect⁹ est obstinat⁹ et bestialis. ¶ Aliter. Ceres est xp̄s. q̄ postq̄ filiam suā aīam. de penetralibus plutonis. i. diaboli liberasset. etiā totū mundū ꝯfir post resurrectionē et ascēsionē suā recreauit p semina euāgelij publicata p tritholomū. hoc est per discipulos suos qꝛ in oēm terrā exiuit sonus eoꝝ. ¶ Aduertendū est ꝯformit̄ ad textū. q̄ i prima etate hoīes vescebant̄ glande et fructibus naturaliter i syluis et agris sine cultura crescentibus. vt dicit Boci⁹. v. de ꝯso. phie. Felix nimiū prior etas contenta fidelibus aruis. nec inerti perdita luxu. facile q̄ sera solebat ieiunia soluere glande. Tales fructus maxime abūdanter crescebāt in dodona. q̄ semel sterilis fuit. Ceres aūt q̄rens filiā suā. instruxit tritholomū filiū cuiusdā hoīs. in cui⁹ domo recepta fuit. agriculturā. habebat autē iste currū cereris tractū a serpentibus. qꝛ scd̄m veritatē tritholomus erat hō astutus et prudēs. ¶ Phisice ceres potest significare vim naturalē ꝓductiuā rerū p calorē et humorē. cuius fili⁹ dr̄ ꝓserpina. quasi prope terrā serpens. qꝛ in celo luna est inferior planeta. q̄ dn̄at̄ supra humida. et ea non vigente in rebus fit sterilitas. qꝛ deficiente humore fruct⁹ nō pullulāt. ¶ Cōstrue. Cum dodona. illa silua. quasi dans dona. gnosia (adiectiuū est. gnosius/sia/siū. i. cretensis. a ciuitate illi⁹ patrie sic dicta) quateret. i. produceret et emitteret (vnde quateret significat cōmouere. cōcutere. ꝑcutere. vexare. et hꝫ cōposita concutio. ꝑcutio. ꝯcutio. discutio. vt dicit catholicon) racemos raros. i. paucos fructus (et hic nomen speciei sumitur ꝓ noīe gn̄is) ceres illa dea frugū. quasi creās res mat̄ larga miserata (de misereor aris. ꝛ nō de misereor eris) homines supple pereuntes fame (hec fames mis) misit mūdo (dr̄ a mundando p antifrasim. quia mundus non mundat: sed magis polluit. ergo q̄ manet in mundo quō mundus erit) tritholomū. illum virū. et hoc dico serpente quodā ministro. i. ministrāte sibi. qui. scilicet tritholomus. monstrauit (sine de. et tunc textus est speciem et non spem. si autē textus sic demonstrauit tūc dicet̄ spem monosylabū) primum. spem vel speciē ariste. i. frugū bladi vel segetꝭ (et dicitur de areo ares) terre. i. terrenis hominibus.

Nubes ethereas precibus obstruxit helyas
Gramina nulla super madidus stillaret vt imber.
Pulsus humo patria bibit a torrente propheta
Suffecit pastus quem detulit assecla coruus

¶ In hac parte elithia incipit ponere historiā de ppl'o israel qn̄ regnū eoꝝ fuit diuisū ꝓpter pctā populi. Et diuidit̄ in duas. Primo ponit gesta tp̄e maloꝝ. scd̄o tēpora quoꝝūdā bonorū. ibi. Occasū iosie. Itē prima in tres. scd̄a ibi. Effugiunt terre. tertia ibi. Addict⁹ morti. In prima parte dr̄ sic. Ad ꝓces helye nubes celi obstructe fuerūt. ita vt nullus humor caderet supra herbas terre ꝓpter qd̄ ipse expulsus est a patria. et bibit de torrēte. et comedit pastū sibi allatum per coruum. ¶ hec historia habet̄. iij. Regū. xvij. Unde helyas homo d. uinus

exorauit deū vt nō plueret super terrā annos tres et mēses sex. qꝛ videbat iezabel reginam gentilē volētē cogere populū israel sacrificare idolis. postea autē orauit amore ppli israeli tici. q̄ perēūtis vt plueret et pluit. vñ dr̄ in cap̄. allegato. ꝙ factū est verbū dñi ad helyā dicē= tis. Recede hinc et vade cōtra orientē. et abscondere in torrente charith q̄ est contra iorda= nem et ibi de torrente bibes. et ita fecit. Corui quoqꝫ deferebāt ei carnes et panē. et siccato illo torrēte iuxta mandatū dñi. iuit in sareptā sydoniorū. et ibi a quadā vidua nutritus est. Ex historia patet ꝙ efficax est orato viri iusti apud deū. qꝛ multū valet deprecatio iusti assi= dua. vt dicit beatus iacobus in epistola sua canonica. cap̄. v. vbi allegat hanc historiā. Est enī oratio quasi nuncia: quā ad deū pro parte nostra mittimus. q̄ si fuerit iusta et honesta. ⁊ eā porrigamus humiliter et deuote. exaudiꝶ qꝛ vt dicit Augu. in quodā sermone. Oratio si pura est. si casta fuerit celos penetrans vacua non redebit. Et idē alibi. Oratio orāti est sub sidiū. deo sacrificiū demonibus autē est flagellū. Et Ambrosius super psalmū dicit. Despi= ciuntur orōes leues. diffidentes. inutiles. seculis curis anxie. et rerū corporaliū curis impli= cite. bonorū autem operum fructibus infecunde. Item Cassio. super psalmum. Oratio sere nat cor. abstrahit et mundat a vicijs. subleuat ad celestia. reddit capacius et dignius ad ac cipienda dona spiritualia. ¶ Jezabel significat diabolum q̄ hoīes faciebat idolatrare. hely as aūt est christus infringēs potestatē demonis. et ante aduentū xp̄i cessabat pluuia et ros predicationis dñi: ꝙ helyas bibit de torrente in via dr̄ in psal. hoc est ꝙ xp̄s bibit de torrēte in hac valle mie. qꝛ vere languores nostros passus est. et pro nobis mortuus est. Corui. hoc est peccatores ministrabāt xp̄o necessaria vite. Finaliter helyas delatus est in celū i curru igneo. s. post resurrectionem eius. vt aperit textus sequens. ¶ Construe. Helyas. ille pp̄ha obstruxit. i. clausit. et pluere non passus fuit. nubes ethereas. i. aereas (qꝛ secundū verā phi losophiam nubes sunt in aere. et sunt vapores humidi eleuati a corporibus humidis. vt ab aq̄s et talibus p calorē solis in aerē. scꝫ in mediā regionē aeris. Et istis nubibus coadunatꝭ ip̄e graues sūt ⁊ cadunt. et ex hoc causaꝶ pluuia sicut magis declaraꝶ sup p̄rio metheoroꝝ) p̄cibus suis (hec est tertia species cesure q̄ dr̄ post eptimemeris. qꝛ vltima de p̄cibus breuis est: et hic produciꝶ in principio quarti pedis) vt nullus imber (dr̄ ab inebriando. i. fecundan do terrā. i. nulla aqua. null⁹ humor. nulla pluuia) stillaret. i. stillando caderet. super grami= na. i. herbas (et hic prepositio postponiꝶ suo casuali. per figurā que diciꝶ anastrophe. qꝛ p Virgiliū. Transtra per et remos ⁊c. Et vt dicit donat⁹. quādo dicitur pubetenus) prophe= ta. i. helyas (dicitur a procul. et for faris) pulsus humo. i. a terra patria (adiectiuū est) bibit a torrente (et dr̄ a torreo. i. voluo. vnde Ebrardus. Torrens est veniēs aqua ex nubibus liq̄= fectis) pastus. i. cibus. nutrimentū (et dr̄ de pasco scis) suffecit sibi. quē pastū coru⁹. illa auis assecla. i. minister nūcius (Assecla scd̄m catholicon dicitur de assequor queris. seruus vel co mes qui sequitur aliquem) detulit. i. sibi apportauit.

Gorgonis effigie mortalis vertitur yde
Nam qui viderunt quasi lapides diriguerunt
Bellorophon monstro cum palladis arte perempto
Comit equi pennas / et se diuisit in auras.

¶ Hic p̄seuistis ponit aliā fabulā. et dicit ꝙ mortales hoīes vertebantur a gorgone ita vt q̄ eā viderent rigorē lapidis contraherent. Dicit p̄terea ꝙ bellororophon monstro deuicto et p̄empto. p artē palladis. comit. i. ornat equū suū et volauit p aera. ¶ Sienduz est ꝙ in hoc textu duplex pōt esse lectura. Prima vt in istis quattuor versibus tantūmodo tractetur vna materia. scꝫ de Perseo q̄ supauit gorgonē. q̄ perseus alio noie appellaꝶ bellorophon. vt inq̄ unt. Scd̄a lectura esset vt in duobus primis versibus tangaꝶ fabula de Perseo et gorgone in secūda de bellorophon. ¶ Aggrediendo ergo primā expositionē. hec fabula describiꝶ ab Ouidio in. iiij metham. circa finē. Glose cōes grecismi sup illo versu. In trinitatibus poeti= cis. Gorgones tres monocule. q̄ fuere sorores dicūt sic. Phorcus q̄dā rex fuit q̄ habuit tres filias. scꝫ medusam / euriallem / et strenionē q̄bus morte superueniente ip̄e reliquit regnū. Iste tres solū habebāt oculū et gorgones vocabantur. Medusa autē oēs cernētes se mutabat in lapides. sed missus est perseus ad gorgonē interficiendā. et habebat arpem gladium mer= curij: et scutū palladis cristallinū. Vnde medusam auxilio ⁊ consilio palladis interfecit. cui cum arpe caput abscinderet. ex sanguine eius ortus est equus pegasus alatus. ¶ Veritas historica fuit ꝙ q̄ phorc⁹ rex tres filias habuit illas. scilicet que habere vnum oculum dicūꝶ.

quod nichil aliud est: nisi q2 successerūt in regnū patris. et fere ipse tres vnicā et consimilem pulchritudinē habuerunt. vñ monocule nūcupant᷑. ¶ Dicunt cōsequenter ille glose ꝑ allegoria ꝙ phorcis .i. mētis grauitas quā timor cōcomitat᷑ habuit tres filias. Stennio interꝑtatur carnis debilitas. Curiale delata ꝓfunditas vel cogitatio fluctuans et instabilis. Medusa obliuio desperatio vel terror. q̄ etiam ceca dr̄. Cecus eni dr̄ ille quē cōstittant᷑ ille tres sorores. Medusa vero se intuētes in lapides cōmutabat .i. ille q̄ hz tria vicia dur⁹ quasi lapis efficit᷑. ¶ Perseus est hō virtuosus. arpes mercurij est bona studia. Clipeus palladis est sapientia cū quibus vicit illa tria vicia. Per pegasū equū alatū et diurnū illius bonā famā procedentē ab operationibus virtuosis intelligimus q̄ per totū mundū generaliter diuulgatur. Dicunt᷑ autē gorgones quasi terre cultrices ge eni est terra. orge cultura. Ex q̄bus apparet ꝙ ad superandū hostes feroces nō minus reqrunt᷑ sapientia q̄ȝ bellica arma. ¶ Ultra ista aliter pōt exponi hec fabula. Gorgones iste sunt aduocati q̄ hoīes lapides .i. stupentes et admirātes eos reddūt q̄ oēs habēt vnū oculū. hoc est vnū gen⁹ malicie ad extorquēdas pecunias. et istū oculū .i. sensū naturalē quē appellant. et istam prudentiam ⁊ sapientiā mundi aufert mors. et eos dimittit sine capite rationis. et ita moriunt᷑ et a perseo vincūtur. Uel perseus est xp̄s natus de dane virgine gloriosa. Uñ dicit Fulgentius. ꝙ perseus occidit medusā .i. statim cū aliq̄s facit aliqđ notabile factū statim nascit᷑ equus volucris .s. fama publicans illud. quā famā pulcherrime describit Uirg. iiij. eneid. et late dicit. Fama malū quo non aliud velocius vllum. Mobilitate viget: viresq̄ȝ acquirit eundo. Parua metu primo ⁊c. ¶ Circa alios duos versus sciendū est ꝙ aliter dicūt alij de inuētione pegasi qui percussiōe sui pedis fontem in elichone monte musarū fecit. Unde pretus vel preto rex libie duas vxores habuit. De prima puerū habuit sagacissimū/ pulcherrimū/ fortissimū et generosissimū. et dictus est bellorophon. Prima vxore mortua habuit secundā q̄ istū puerū cōcupiuit. ⁊ q2 ip̄e sibi obtēperare noluit. ideo erga maritū suū eū accusauit. Quo audito pater decreuit eū mittendū ad quondā monstrū sicilie superandū .s. chimerā q̄ a parte superiori erat leo ī medio hyrcus. et a parte inferiori serpens. Iste iuuenis istud monstrū superauit: et pegasum equum acquisiuit. ¶ Ueritas historica fuit ꝙ in sicilia erat quidam mons periculosus. in cuius pede leones habitant. in secunda hyrci siluestres fortissimi. in tercia serpentes. In hunc montem accusatione nouerce sue iste puer missus est. sed omnia euasit ⁊ chimeram superauit. ¶ Istud monstrū potest significare meretricē quelꝫ. Iuxta illud. Omnis re vera meretrix est dicta chimera. Est leo pars prima. mediū caper. anguis ad ima. Est leo per fastus. capra sordibus. anguis ad astus. ¶ Aliter iste mons est iste mundus qui habet tria genera ferarū. In primo gradu sunt leones violenti raptores impij et superbi. In secundo sūt hyrci fetidi et luxuriosi. In tertio sunt serpentes et diuites astuti et auari. Bellorophon autem id est christus vel quilibet virtuosus ista superat. ⁊ sic mundum sine periculo euadit. Et hec fabula allegari potest contra maliciam nouercarum. ¶ Construe. yde (dicūt glose cōes. fuit regina quedā q̄ mutata fuit a medusa. sed ego illud nunq̄ȝ reperio et ego credo ꝙ melius glosetur sic) yde .i. forma (et est nomē grecū. et declinat᷑. hec yda ydos. et yde ydea et ydos et alchides) mortalis .s. hūana. vertit᷑ .i. mutat᷑ effigie gorgonis .i. meduse. nā ꝓ q2 illi qui viderūt illū. diriguerūt .i. rigidi facti fuerūt quasi lapides. bellorophon. ille vir. comit .i. ornat. pēnas .i. crines equi sui. et dimisit se in auras .i. in aera et hoc dico mōstro perempto .i. occiso. cū arte palladis. illius dee (q̄ est dea sapientie. Monstrū est vt dicunt phi naturales. effectus vemens extra sēper et frequēter cū dispōib⁹ sibi aut speciei sue discōuenietibus. Et pōt in genere venire quadrupliciter. Pⁱo ex parte materie in se. et hoc dupliciter. vel ꝓpter defectū vel ꝓpter abūdantiā. Scd'o mō ex dispositione ipsius materie. vt si sit nimis sicca ⁊ fluxibilis. sic generat᷑ gnauus et ecōuerso. Tertio ex continente materia. sicut si matrix aliquo mō rūpat᷑ exit aliq̄ portio materie. et sic hō fit gybbosus. Quarto mō ex ꝑte agentiū vel superioꝝ vel particulariū. et de istis latius videat᷑ in secundo phisicorum circa finem.

Effugium terre iezabel obstruxit helye
Cum distractus equis apparuit igneus axis
Flammea que venit vatem quadriga leuauit
Spiritus heredi geminatur amore magistri

¶ hic atithia subiungit historiā suā que dependet ab alia tacta prius. Dicit ergo ꝙ helye non est relictus locus per quem effugere posset. sed omnis impeditus fuit per iezabel. Dis

est vlterius q̄ helyas fuit cū curru igneo ductus et eleuatus in celū. Dicit finaliter q̄ spūs p
phetisandi quē habebat helyas: geminat⁹ est in discipulo suo helyseo. ¶ hec historia descri
bitur. iij. regū. xix. Quantū ad primū versū vbi dr̄. Nunciauit autē achab iezabel oīa q̄ fece
rat helyas. et quō interfecisset oēs pphetas baal gladio misitq̄ nunciū ad helyā dicēs. hec
michi faciant dij ⁊ hec ad dāt. nisi hac hora cras posuero aīam tuā sicut aīam vnius ex illis.
Timēs ergo helyas fugit venitq̄ in bersabee iuda. et dimisit ibi puerū suū ⁊ iuit in desertū ⁊
petiuit a dn̄o. Dn̄e sufficit michi. tolle aīam meā. et pijcit sese et obdormiuit in vmbra iuni=
peri. et sibi apparuit angelus dn̄i. et ibi cōsequēter aperit. ¶ Ex ista particula elicit vnū do
cumentū. s. q̄ nullus pp̄ter veritatē vel diuini cultus vel fidei assertionē vel exaltationē dz
aliqđ dānum incurrere. nec a potentibus dz quoquo mō affici viri litterati veritatē. et quid
agendū et dicere et asserere debēt. Sed sūt aliqui cupiētes eos impedire ne veritatē dicant.
vel post eā dictā volūt eos aliquo modo opprimere. et hoc est vere tyrannizare. Permittat
ergo libere loqui quecūq̄ scđm deū ⁊ iusticiā dici debeāt (saluo tamē semper honore regio)
Uerūtamen vt dicit in ethicis. Si veritas et amicicia dissentiant: veritas est amicicie prefe=
renda. Et malicia vel tyrannica conditio istius regine iezabel in hoc est imitanda: sed scele=
ratissima reputanda. ¶ Circa aliā partē sciendū est q̄ iiij. Regū. ij. capitulo. habet quomō
helyas cū discipulo suo de galgalis transiuit in bethel. de bethel in hierico. et deinde i iorda
nē. et tulit helyas palliū suū et inuoluit eū. et percussit aquas que diuise sūt in vtrāq̄ partē:
et transierunt ambo per siccū. Et dixit helyas ad helyseū. Postula a me qđ vis et faciā tibi
anteq̄ tollar a te. Dixit helyseus. Obsecro vt fiat spūs tuus duplex in me. Et ecce curr⁹ igne
us et equi ignei. Et ascendit helyas p turbinē in celū et clamabat helyseus. Pater mi. pater
mi. Et scidit vestimēta eius in duas partes. et leuauit palliū helye qđ ceciderat ei. et illo p=
cussit aquas et nō sūt diuise. Et dixit. Ubi est deus helye. Et iterū pcussit et diuise sūt. et trā=
siuit aquā. Uidentes hoc filij pphetarū q̄ erāt in hierico. dixerunt. Requieuit spūs helye su
per helyseū. et venientes in occursū eius adorauerūt eū proni in terrā. ¶ Et consequenter trā
gitur qualiter misit sal in aquas: et dixit. Sanaui aquas has. et non erit vltra mors neq̄ ste
rilitas. Dicūt glose q̄ iesabel. i. iudei vel synagoga. helyā. i. xp̄m. morti tradidit. q̄ xp̄s a mor
te resurgens in celos ascēdit. helyseus autē deprecatus est. vt spūs helye in eo duplicaret.
i. anteq̄ ascēderet discipulis suis dedit spiritū sanctū. vt in die penthecostes i igneis linguis.
¶ Aduertendū est q̄ boni discipuli est optare vt magistri spūs in eo duplicet. i. debet diligē
ter laborare exercendo se in studio. vt possit maiorē scientie gradū in duplo attingere ⁊ hr̄e
q̄ sit ille quē habuit magister suus. hoc aūt fieri poterit vt de facultate oratoria dicit Cice=
ro. Arte imitatione et vsu vel exercitio. ¶ Construe. Jezabel. illa regina (nomen est indecli
nabile) obstruxit. i. clausit et impediuit. helye. isti sancto prophete. effugiū (dr̄ de effugio gis. i.
recessū vel fugā vel locū per quē effugere vel euadere possit terre) cū axis (Axis est pars cur
rus. et in tractatu de sphera dicit linea transiens per centrū sphere applicans extremitates
suas ad circūferentiā. et vtraq̄ pars sphere dr̄ axis sphere. Unde axis denotat volubilita=
tem circuli vel sphere circa ipsū qđ connotat dyameter. et in hoc est differentia inter ea) axis
igneus. i. currus igneus et sic hic esset synecdoche. distractus. i. diuersimode tractus. appa=
ruit helye. quadriga (dr̄ de quattuor et iuguz) flāmea. quasi ignea q̄ venit de celo. leuauit. i.
eleuauit. vatē. i. istum pphetā (et sic sumitur in bono significato) spūs pphetie. geminatur. i.
duplicat. heredi. s. helyseo. amore magistri sui. scz helye (magister dr̄ a maiori statu. ¶ In
istis duabus historijs est facilis cōparatio. Primo largitas cereris. et sterilitas helye (vt di=
cunt glose) q̄tū ad illā partē. Nubes ethereas ⁊c. Aliter dicit q̄ sicut i illa fabula: Gnosia ⁊c
facta est mentio de bonorū abundātia data a cerere. ita ibi. Nubes ⁊c. de bonorū et pluuie
carentia facta ab helya. Ista autē presens historia cōuenit cū precedenti fabula in hoc q̄ si
cut pseus delatus est p auras cū pegaso equo. ita helyas in curru illo. ⁊ sicut gorgones iste
grant mulieres peruerse. ita ista regina iezabel fuit pessima. Item sicut bellorophon hab=
it artem palladis. i. sapientiā. ita hel[..]eus spiritum sui duplicatum.

Tithonum thalamis dignatus orora superbis
Augendo vitam mutauit in vsq̄ cicadem
Extinctum troie sepeliuit mennona longe
Annua cuius aues venerantur festa frequentes.

¶ In hac parte pseustis ꝓ libito incipit fabulari seu disputare. Et dicit ꝙ tithonꝰ fuit maritꝰ
aurore: ꝗ vitā suā tm̄ ꝓduxit donec in cicadā mutatꝰ fuit. Dicit preterea ꝙ mēnon filius au
rore mortuus est in bello troiano: ⁊ sepultus ab ea cuius festa ab auibus annuatim celebrā
tur. hec fabula ꝯtū ad primā partē tāgit in .iiij. eneid. a vir. vbi dicit. Tithoni croceū linquēs
aurora cubile: ⁊c. vbi patet textus est tithoni sine r/ in prima syllaba. Fuit aūt iste tithonꝰ fra=
ter laomedontis patris priami regis troianorum. ¶ Huius fabule veritas hystorica est ꝙ ty=
thanus fuit rex potētissimus orientalem terre partē inhabitās. ideo maritus dicitur aurore. Auro
ra enim est hora matutina qua sol oritur. ⁊ dicitur ab aura. Est autē aura ventus dulcis ꝙ tunc flare
solet: mutatus est in cicadā aīal paruulum garrulū: quia in senectute sua more aliorum senū fu=
it garrulus: iuxta illud ouidij. O sola fortes garrulitate senes. Alie aūt sunt ꝓprietates que
faciūt ad recōmendationē senectutis: videantur a tullio de senectute ꝙ incipit. O tite si qd ego
adiuto curā ne leuasse. ⁊c. ¶ Circa secūdā pñtis textꝰ particulā sciēdū est. ꝙ vt habetur. xiij. metha
mor. vbi describitur luctus aurore de morte mennonis: Et dicit Ouid. Luctibus est aurora suis
intenta. Piaqꝫ nunc quoqꝫ dat lachrymas ⁊ tota rorat in orbe. Et de mutatione mēnonis
in volucres dicit. Et primo filis volucri nūc vero volucres. ⁊c. Unde mennon iste iuit ad troiā
et ibidē interfectꝰ est. Ipse aūt a matre sua fuit in retheo ꝓmontorio troiano sepultꝰ. ⁊ aues
singulis annis festa eius celebrare dicuntur. ¶ Ueritas fuit ꝙ mennon vir strenuus fuit oc
cisus ⁊ ibi sepultꝰ. ⁊ iuxta sepulchrū eiꝰ solebant aues ꝗplurime nidificare. Dicitur aliter ꝙ dū
sepeliebatur mēnon ⁊ fiebat ignis regalis astiterūt aues: quarum due ceciderūt in ignē ⁊ mater
credidit. ideo filij aīam vel cineres transmutari in aues. ideo voluit ꝙ ministri singulis an=
nis illas duas aues sacrificarēt ad honorē filij sui. Ex hac parte elicitur pie matris officiū se
pelientis filiū suū defunctū: ⁊ pie lachrymātis ⁊ gemētis: ⁊ orationes ⁊ obsequia ꝓ ipso facientis
⁊c. ¶ Con. Aurora. i. illa regina: dignās (dicitur de dignor/aris. i. dignenter accipiens thalamis
suis. iuxta illud. Dic thalamū sponsi. ⁊c. superbis. i. nobilibus ⁊ pomposis tithonū illū virum mu
tauit eū augendo. i. ptrahendo ⁊ ꝓducendo vitā suā in vsqꝫ cicadā. i. in illud aīal paruulum
(quod cantat per estatē totā in caruernulis terre. per qd intelliguntur hoīes ociosi ⁊ dediti la
sciuijs ⁊ voluptatibus mundanis nihil curātes nisi iocos ⁊ illecebros. Dicitur aūt cicada quasi
si cito cadens. i. moriēs. Aurora sepeliuit mennona. i. mēnonā acūs grecus. extinctū. i. suffo
catum/interfectū/occisum. Troie (nomē est ville: ⁊ dissillabū: ⁊ dicitur a troie rege. ⁊ sita est in fri=
gia. Et inde troius/a/um: dissyllabū. ⁊ troian/ꝰa/um/ ⁊ tros trois. i. troianus. ⁊ troas/dis vel
dos. i. materia troiana. Longe potest esse aduerbium qualitatis vel nomē) longe. i. pompo
se/ample/magnifice. cuius mennonis festa annua. i. annuatim iterata. aues dicitur ad auendo.
id est cupiendo. vel ab a quod est sine ⁊ via. frequens. i. frequētantes (nomē pro participio)
veneratur. i. honoratur (verbum est cōe: hic actiue vel transitiue positum.

Addictus morti faciem rigat imbre salubri
Rex ezechias et fati distulit horas
Ne dubitaret item se promeruisse salutem:
Hora sui cursus sol retroflexit anhelus:

¶ In hac parte ponit alithia suā recreationē dicēs. ꝙ ezechias rex morti adiudicatꝰ fleuit
et tps mortis sue dilatauit siue dilatatū fuit a deo: ⁊ ne dubitaret quin salutē ⁊ vite prolon=
gationē meruisset. sol ꝙ cōtinue mouetur ad motū sphere deferentis cursum suū reflexit ad or
tum. ¶ Pñs hystoria dicitur originaliter. iiij. regū. xx. vbi dicitur. Egrotauit ezechias vsqꝫ ad mortē/
⁊ venit ante eū Isaias filius amos pphete. Dixitqꝫ ei. Hec dicit dñs deus: precipe domui
tue: morieris enim ⁊ non viues. Qui ꝯuertit faciē suā ad parietē. ⁊ orauit dñm dicens. Obsecro
te dñe memēto quō ambulauerim in veritate corā te. Fleuit itaqꝫ fletu magno. Et factus est
sermo dñi ad Isaiā dicēs. Reuertere ⁊ dic ezechie. Audiui orationē tuā: ⁊ vidi lachrymā tu
am. ⁊ ecce sanaui te. die tertio ascendes templū dñi. ⁊ addam diebus tuis. xv. annos. sed et
de manu regis assyriorum liberabo te. ⁊ ciuitatē hāc ꝓtegā. Et di. ysa. Afferte massā ficcorum.
Quā cū posuisset sup vlcus eius curatus est. ⁊ dixit isa. Uis vt ascēdat vmbra decē lineis an vt
reuertatur totidē gradibus. At ait ezechias. Facile est vmbram crescere decē lineis: nec vo
lo vt hoc fiat: sed vt reuertatur retrorsum decem gradibus: ⁊ ita factum est. Et illud sufficit
pro textuali expositione. Alia eiusdē capituli dimittuntur tanqꝫ impertinētia: vt prius. ¶ Eze
chias representat quēlibet pctōrem cui ꝯcedit deus spaciū penitentie: ut tantū ꝙ etiā priora
crimina ⁊ pctā pōt per ꝯtritionē/ptiam/ ⁊ satisfactionē per confessionē emēdare: dñs enim

nō vult mortē pctōris. sed magis vt cōuertat et viuat. et hic aliqualiter tāgi posset materia de confessione. in libello metrico scz Penitens cito pctōr ꝛc. et illa materia ad longum tractatur. iiij. Snīar. Uerūtamē ꝙ notari volo illud quod scribit Marci primo. Penitemini ꝛ credite euāgelio ꝛc. ¶ Aliud documentū est hic. s. ꝙ multū valet oratio cū fletu et amaritudine cordis. vt etiā talis orō impetret sanitatē corporalē. immo et vite prolongationē vltra periodū naturalē. vt hic. Ideo facta est illa consuetudo religiosa. qua peregre ecclesias dei. beate marie. et aliorū sāctoꝝ et sanctarū visitare solemus. dūmodo tñ mentio sit recta. ꝛ petitio rationi consona. ¶ Construe. Ezechias rex israelita. addictus. i. adiudicatus vel deputatus (et est textus melior ꝙ adductus per u) morti. rigat (actiuū est aut absolutū) faciē suā. imbre. i. aqua et lachrima. salubri. i. salutifero et vtili. et ipse distulit. i. prolongauit. horas fati. i. mortis sue. et ne ipse dubitaret se promeruisse. item. i. iterū (dr autē pmereor de. p et mereor) salutē. i. vite dilationē. immo. vt certe sciret sol (dr quasi solus lucēs. et est medius inter alios planetas. vt dicūt astrologi. sicut rex in medio regni) anhelus. i. festinus vel fatigatus vel velox cursus flexit retro loram (lora est habena equi. hoc solum metaphorice et poetice attribuit) sui cursus. i. motus. Iste versus est astrologicus quo ad sententiam. quia in eo tāgitur de sole de motu eius de retroflectione vel retrogradatione. de qbus videatur in scđo de celo et mundo tract. de sphera. ¶ Ista historia cōuenit cū precedenti narratione fabulosa vel poetica. in hoc ꝙ sicut tithoni vita aucta est et in cicadē cōmutata est. ita vita ezechie. et sicut cōtra naturam est cineres mutari in aues. ita ꝙ sol retroflectatur a motu.

Excedit laudes hominum qui ozimus agones
Instituit fieri sub vertice montis olympi
Ardua victrices obnubit laurea crines
Ducit pompa domum / sequitur confusio victum:

¶ In hac parte ꝓponit pseustis aliā historiā ꝓuocando alithiā. Et dicit ꝙ si ille qui primꝰ instituit agones. non pōt sufficiēter laudari ab hoibus: quia in illis coronabant laurea quo obtinebant triūphū. et ducebant domū cū pompa. et solēnitate illi vero qui vincebantur erāt cōfusi. ¶ Pro illius textus elucidatione. est aduertendū ꝙ vt dicunt glose cōes. hercules postꝙ a diuersis victorijs insignis in grecia rediisset. et iam confectus labore pariter et etate. quietā vitā ducere elegisset. iuxta olympū montē consedit. et ne hoies a virtute desisterent. inertēqz consumerent vitam. diuersi generis ludos instituit. qs olympicos ab olympo monte vocauit. Nam alij cursu. alij luctatione. alij alijs pugnis inter se decertabant. ꝛ q legitime certassent et in agone pstetissent. laurea corona pmiabant. vt ait phus primo ethicorū. Frustra teste ille fortissimꝰ milo athleta crotonensis qnqꝫ victor euasit. ¶ Sunt tñ q dicūt olympicos ludos a ioue institutos. nā in olympico monte ipsū habitasse constat approbatoꝝ snīa. verūtñ explanatio nr̄i textus nō stat in decisione huiꝰ controuersie. ideo ipm ad pn̄s relinquo. ¶ Sed p habēda informatione morali ex textu pn̄ti sciēdū est ꝙ veluti primus institutor agonū nō pōt iuxta snīam littere sufficiēter laudari ab hoibus. qr scz inuenit aliqd q hoies ad bene btēqz viuendū inuitaret. ita certe viri lr̄ati q volumina cōposuīt ꝛ qꝫ optima reperierint tradūt lr̄is. vt ad eoꝝ posteros memoria accumulet. accumulatissimis laudibus sunt extollendi et publico stipēdio etiā nutriēdi. Ita eni apollo delphicus mensā aureā ad thalē milesiū. qui tūc solus alios sapia pstabat. deferri iussit. Et ita clementius de magistris. xp̄ianissimos francoꝝ reges facere iubet. saltē viris doctissimis quattuor idiomatū. vt ptꝫ ibidē. et seruat ferme p totā italiā. ¶ Etiā dat hic documētū. ꝙ hi q sunt diu in lr̄aria palestra versati. et ad postremū emeriti principiū cura et sollicitudine debent ꝓmoueri ad hoc: vt sciāt vn̄ future vite necessaria accipiant. Sic veteres romanos fecisse multoꝝ testimonio cōperimus. et nunc vsqꝫ vniuersitates suos probos et studiosos viros postꝙ sufficienter docti sunt laurea magistrali insigniūt. et sic eos a studio absoluūt. ¶ Ulterius datur documentū. ꝙ illi qui passionibus bestialibus ventri et libidini operam dant et ocio torpēt cōfundendi sunt. et aliorū cōsortio arcēdi. hi eni mores plurimorū corrūpunt. iuxta. Morbida em sola pecus inficit oē pecus. Ob hāc rem etiā sūt apud romanos cōstituti censores. quorū erat officiū scire vn̄ qsqꝫ viueret. et qui non aliquo artificio aut modo honesto victū haberent grauiter mulctabant. Instituere. laurētio valla teste. significat animū hois moribus ꝛ consilio īstituere. Etiā significat incipere. vt hic. ¶ Olympus. teste strabone. mons est i grecia altissimꝰ iter thessaliā et macedoniā. Est alter olympus i gallo grecia. alter ꝓo ad mare

rubru̅ in ethiopia. q̄ oriēte sole vsq̄ ad q̄ntā diei horā flāmas emittit. Ab olympo venit olympia fei gn̄is. locus vbi fiebāt ludi: sed neutri gn̄is certamina. hec seruius i arte. Inde olympias tēpus quattuor annoru̅. nā de quattuor annis in quattuor annos solebant fieri tales agones. Et scd̄m hoc numerabant anni apud veteres. vt olympiade tertia vel quarta ⁊c. sicut olim numerabant anni ab vrbe cōdita. vel nunc a natiuitate xp̄i. ¶ Obnubere caput. i. caput operire. ait festus pōpeius. vnde nuptie dicte a capitis optione. et est translatio a nubibus scd̄m seruiu̅. q̄r nubibus celu̅ tegit. Virg. i. ij. Arsuras q̄ comas obnubit amictu. Laurea sertu̅ vel cornula facta ex duob⁹ ramusculis lauri. q̄r olim coronabant milites qui bene pugnauerāt. hac etiā poete coronabant. vn̄ poete laureati dicti sūt. vnde ⁊ baccalarij quasi baccalarij. quia coronabant baccis lauri. Pōpa grecu̅ est. et laurētio vallensi teste. Pompa ois spectaculu̅ est in p̄speris et aduersis. ¶ Construe. Ille. s. qui primus istituit. incepit fieri i. pagi. celebrari agones. illos ludos sub vertice. i. sūmitate. olympi montis. sic dicti (excedit laudes hoim) sic q̄ nō potest sufficienter laudari ab hoibus. ardua. i. magna. laurea. corona de lauro. obnubit. i. operit crines victrices. i. ipsius victoris. et pompa ducit. s. victorē. domu̅ id est ad domum. scilicet et confusio sequitur. victum. i. superatum.

Occasum iosue deflebant oppida iude
Macedonum campos fons detestatur et arbos
Omnis adhuc etas/sed p̄cipue hieremias
Merent morte sua leges et nobile pascha.

¶ Hic alithia p̄nr subiūgit historiā suā. vbi facit mentionē in sua narratiōe de vno bono rege israel. Et dicit sic. q̄ oppida iude fleuerūt p̄pter iosue. dicit etiā q̄ fōtes et arbores detestate sūt cāpos. et patriā macedonu̅. dicit vlteri⁹ q̄ et leges et pascha ⁊ hoies cuiuscu̅q̄ etatis. et ipse hieremias pre ceteris eu̅ā defleuerūt. hec historia describit. iij. regu̅. xxiij. ¶ Aduertendu̅ tn̄ q̄ in quibusdā textib⁹ ponit iosue p̄ iosie cā metri. et ibi ponit lr̄a p̄ lr̄a. ⁊ ibi est figura antithesis species methaplasmi. iuxta illu̅. Dr̄ antithesis si lr̄a ponit p̄ vna. Ponere cu̅ debes aliā si dr̄ olli p̄ illi. Vn̄ iste rex appellabat iosias et nō iosuas. vt p̄tz i dicto ca. allegato. ¶ Isto p̄posito p̄ explanatione dicit text⁹ illi⁹ capli diffuse et prolixe quō iosias multu̅ augmētauit diuinu̅ cultu̅. et exturpauit hereses ⁊ cōfregit oia idola. q̄ vbilibet terraru̅ reperire volebat. et legit cūctis audiēbus oia verba libri federis dn̄i. et ordinauit vt populus teneret oia p̄cepta illa et cerimonias. et omia q̄ scripta erant in illo libro. ⁊ acq̄euit p̄pl̄us pacto. Dicit textus multis iterpositis: reuersus est in hier̄l̄m. et p̄cepit oi populo dicens. Facite vasa dn̄o deo vr̄o. et ita factu̅ est. Dicit vlteri⁹ text⁹ ibidē. q̄ i dieb⁹ ei⁹ ascēdit rex egypti nechao p̄tra regē assyrior̄ ad flumē eufratē. ⁊ abijt iosias rex iuda i occursu̅ ei⁹. ⁊ occis⁹ est i magedo cu̅ vidisset eu̅. et portauerūt eu̅ serui sui mortuu̅ in hier̄l̄m ⁊ sepelierūt eu̅ in sepulchro suo Tulitq̄ p̄pl̄us terre ioachim filiu̅ iosie et vnxerūt eu̅. et p̄stituerūt eu̅ regē p̄ p̄re suo. De isto ergo iosia dicit text⁹ nr̄ q̄ multu̅ doluerūt et cōtristati sūt iudei de morte eius. ¶ Iste iosias sigt xp̄m. p̄pter cui⁹ mortē aliq̄ viri boni doluerūt. cāpi aūt macedonu̅. i. malor̄ iudeoru̅ et spirituu̅ infernaliu̅ fuerūt facti detestabiles et miserabiles p̄pter fontē sacri baptismat̄ et arborē scīe crucis. Glose cōes in fi. lecture isti⁹ text⁹ ponūt vnu̅ notabile de occisione agni i pascha masculi. sed omitto eā breuitatis. ¶ Ex hac historia erudiunt reges ⁊ principes vt summa diligentia augeāt cultu̅ diuinu̅. mō p̄ edificationē ecclesiaru̅ nouaru̅. p̄ sustētationē veteru̅. p̄ viroru̅ ecclesiasticoru̅ p̄tectionē. p̄ oim bonoru̅ eccl̄ie tuitionē. p̄ scismaticor̄ ⁊ hereticoru̅ exterminationē. Itē p̄tz hic q̄ tristes. et desolati sūt subditi morte dn̄i eoru̅ pii et sācti. q̄ eos ad oēm h̄itatis viā p̄duxit. Ecōtrario eliciēdu̅ est q̄ magno gaudio ⁊ igēti leticia capiuntur subditi post mortē p̄ncipis eor̄ tyrāni iniusti et p̄uersi. cui⁹ mortē die i p̄recant. Quapropter sēp eu̅ oi iusticia et eq̄tate et scītate supiores q̄cu̅q̄ debēt inferiores regere dirigere et itēdere sūmis virib⁹: vt ab eis diligant q̄ntu̅ scd̄m deu̅ et rōnē fieri pōt. ¶ Cōst. Oppida. i. castra. iude. i. iudei oppida icollētes (et hic est methonomia q̄ fit q̄n cōtinēs ponit pro cōtēto) deflebat occasu̅. i. mortē (dr̄ ab occido media breui) iosue (cā metri vt p̄dicit) fōs (dr̄ a fouēdo) detestat. i. maledicit. et detestabiles reddit. cāpos macedonu̅ (Macedonia est p̄s grecie de qua nat⁹ est alexāder magn⁹. p̄tz i historia sua. cui⁹ p̄mi incole macedones dn̄r) et arbos. i. arbor (dr̄ eni hec arbor vel arbos) leges (lex dr̄ a legēdo vel poti⁹ a ligādo. de lege ⁊ iusticia et iure. i. v. ethi. Et istā materiā tractāt iuriste) ⁊ pascha. illa festiuitas (dr̄ a phase. i. transit⁹ Celebrāt iudei pascha propter transitu̅ p̄ mare rubru̅. Et illud erat figura illi⁹ q̄ celebram⁹

ꝓpter transitũ xp̄i de morte ad vitã p resurrectionẽ. Declinaẜ aũt hoc pascha. huiꝰ pasche ſ
prie declinatiõis. verũtamẽ reperiẜ paschatis. nõ obstãte auctoritate. Jo. de hyrlãdria qu.
hoc ꝓhibet) nobile. i. magnũ excellẽs ꝛ egregiũ. merent. i. plorãt sua morte. oĩs etas. i. hoĩes
cuiuslibet etatis etiã merẽt. i. et hieremias. ille ꝓpheta etiã meret. precipue. i. maxime ꝛ pre
ceteris. scʒ in libro Threnoꝝ hieremie. hoc est in lamẽtationibus suis. ¶ Jsta historia est cõ
traria fabule premisse. quia ibi narrata est leticia et põpa propter ludos olympicos ab her
cule repertes. hic vero tristicia et dolor et mesticia propter occasa regis iosie. Potest tamẽ eẽ
conuenientia. primo in hoc ꝙ hercules fuit strennuus. ita iosias. secundo in hoc ꝙ sicut her
cules instituit ludos. ita iste nobile bascha.

Dum tonitrus simulat salmon et fulmina quassat
Lampade terrifica percurrens elidis arua
In medio pontis non passus iupiter hostis
Comparis arma sui deiecerat igne minaci.

